

*strobilum non aliter praefert Galenus, nisi quod omnes caliditate tantum antecellat: siquidem in universum in medicamentis componendis a Dioscoride nequaquam dissentit, videlicet quod inter omnes terebintina primas occupet sedes, paulo post declaravit, dicens. Inter resinas optimam, tanquam medicamentum in multiplices usus accommodatum, merito terebintinam affirmaveris, non tamen caliditate primas obtinere. Excalfacit, extrahit, emollit, abstergit, de-
 Nomina. jicit. Arbor, quae Graecè *τέρεινθος* Latinè Terebinthus appellatur: Arabicè, Baton, Boton, Botin, sive Albotin: Italicè, Terebinto: Gallis, Terbentin. Resina vero ita Latinis vocata, Graecis *πόρην* nuncupatur: Arabibus, Ratim, sive Natig: Italis Ragia: Germanis, Harz.*

Terebinthus, *τέρεινθος* Dioscoridi, Galeno & Paulo: *τερεινθος* Theophrasto: apud Nicandrum legitur *τερεινθος*, quo loci scholiastes idem vult esse quod *τερεινθος*. Terebinthum herbarii vocant: cujus fructum Avicenna grana viridia nominat: ipsam verò resinam, Gluten alborin, Nicandro alexiph. *τερεινθος*. Resina omnis duplex est, alia liquida, alia sicca, ad quas differentias omnia resinarum genera referri possunt. Colophoniam videtur Dioscorides à pinu vel picea sumere, quae non ea est, quae hodie utimur: cum nostra resina sit siccissima, veterum fuerit liquida, quam aliqui cedri picem credunt, vulgò pix sicca Graeca, dicitur: frictam etiam vocant Colophoniam: & Graeci frictam resinam, simpliciter *πόρην* appellant, ut de tuenda sanitate, & 6. methodi, apud Galenum legitur.

Resina duplex est. Colophonia Diosc. à nostra differt.

πικρα γυρά.

PIX LIQUIDA.

CAP. LXXVIII.

Pix liquida, quam alii conum vocant, è pinguisimis pini, piceq; lignis congregatur. Optima est splendens, sincera, laevis. Contra venena, phthisim, purulentam excretionem, tussis, suspiria, & pectoris humores, qui difficile extusliuntur, efficax est, eclegmate cyathi mensura cum melle dato: tonsillarum & uvæ inflammationes, anginaeque; utiliter perunguntur: purulentis auribus infunditur cum rosaceo, & illinitur cum trito sale serpentium moribus: adjecta verò pari cera, scabros ungues extricat, impetiginisque emendat: vulvae duritias, ac sedis tubercula discutit: cum farinaque; hordeacea, & pueri impubis urina decocta, strumas rumpit: cohibet ulcera, quae serpunt, cum pineo cortice, aut sulphure, aut fursuribus illita. Caeterum cum thuris manna, & cerato profundos ulcerum sinus conglutinat: rimis sedis & pedum magno auxilio illinitur: ulcera replet, & cum melle purgat, quin & cum uva passa, & melle carbunculos, & putrida ulcera emarginat, dirumpitque. Erodentibus medicamentis, quas septas vocant, probe immiscetur.

πικράλευν.

PICINVM OLEVVM.

CAP. LXXIX.

Orib. nō leg.

Epice fit quod pisselæon appellant, separato liquore aquoso, qui supernatat pici, sicut serum [lacti]. Nā expāsa, quandiu pix coquitur, supra cortinā vellera pura madescit, acceptoque; halitu ejus exprimuntur in vas, idque; tandiu fiat, donec pix coquatur. Quas pix liquida praebet utilitates: alopecias capillo replet cum farina hordeacea illitū: quibus & liquida pix medetur: jumentorum ulcera, scabiemque; emendat.

Λιγνὸς τῆς ἐγὼς πίκρας.

FVLIGO LIQVIDÆ PICIS.

CAP. LXXX.

Et hoc modo è liquida pice fuligo: in lucerna nova, quae ellychnium habeat, nonnihil picis incendito, lucernamque fictili vase in clibani speciem conformato, superius in angustum fornicato, inferius perforato, ut clibani esse solent, operito, & adoleri finito: consumptoque; liquore novum infundito, quoad sufficientem usui fuliginem collegeris. Vis ei adstringens, acrisque. Usui est ad pigmenta, quibus palpebras linunt, & venustant, & ad circumlitiones. Item ubi glabris genis pilos restitui oportet, ad imbecilles, lachrymososque oculos, insuper ad eorundem ulcera non inutilis est.

πικρα ξυρά.

PIX ARIDA.

CAP. LXXXI.

Concluda non leg. Orib.

LIQVIDA pix decocta in spissam coit, [quam vocant aliqui palimpissam,] quo in genere quaedam visci modo lentescit, [boscas cognominata:] altera sicca est. Probatur pura, pinguis, † odorata, sub-rufa, resinosa. Talis Brutia & Lycia, picis resinæque simul naturam habentes. Calfactoriam vim habet: dura emollit, pus movet, tubercula panofque discutit, ulcera replet: vulnerariis medicaminibus commodè permiscetur.

† Hoc loco non *ισώδης*, id est, odorata, ut communis lectio habet, sed *ισώδης*, hoc est, viscosa legitur in Oribasi codice manu scripto, libro 12. simplicium. Harum lectionum quae sit melior, in probatione picis siccae, aliorum sit judicium.

Ζώπιον.

ZOPISSA.

CAP. LXXXII.

ZOPISSAM aliqui ajunt derafam navibus resinam cum cera, quam alii apochyma appellant. Ea dissipandi naturam habet: quoniam marino sale macerata sit. Alii pineam resinam hoc nomine vocaverunt.

Tametsi de pluribus Picis generibus, de oleo, earumque; fuligine diversis, ac propriis capitibus differat Dioscorides: cum tamen horum omnium historia notior sit quam ut à nobis explicari debeat, opera pretium non est, ut de his pluribus agamus. Sed quoniam fortasse nonnullos delectabit audire, quoniam modo pix ipsa conficiatur, ut illis & mihi sit satisfactum, hic rem paucis aperiam, omniaque; de ea referam, quae Tridentino traflu in Flemarum montibus coram clare perspexi. Sic ergo picem, quae passim navalis dicitur, eo quod picandis navigiis sit aptissima, artifices conficiunt. Veteres ratio, res pinos, quae prorsus tecta consecrata sint, in particulas securibus concidunt, ut ex aliorum arborum truncis ad carbonis opus fieri

fieri solet. Deinde verò area ex creta pavitur in medio paululum elata, extremitatibus aequaliter dependentibus, ut liquor è teda resudans in canalem totam aream ambientem facilius defluere possit. Itaque concisam tedam in area stans congerie locant, velut in carbonis artificio: mox hac primum abietum, picearumq; frondosis ramis undiq; tecta circumdataq; tum demum terra septa, lutoq; obstructa, ne quovis modo fumo ac flammis pateat exitus, per foramen in cacumine paratum ignem succendant, eadem quoq; ratione, quâ & carbones coquantur. Quare cum desit locus, per quem flamma erumpere possit, sentiatq; ob id congesta moles maximum ignis ardorem, pix liquatur, & per area pavementum confluentem in canalem circumpositum defluit, qui per alios canales inibi artificiosè paratos picem fluentem corrivat in scrobes ligneis asseribus circumdatos, ne terra defluxam picem combibat, unde postea dolia, & cadi, & utres implentur. Operis perfecti signum, si rogi decumbat, subsidatq; & liquor defluere desinat. Sic enim picem fieri videmus à sylvicolis eam parantibus, qui quodammodo secuti videntur Theophrastum lib. 9. cap. 3. de historia plantarum, ubi eadem serè ratione Macedones picem urere latius tradidit. Pix liquida calefacta unâ cum Thure & Mastiche, de arso occipitio adhibita, prolapsam columellam restituit. Picis facultates memoria prodidit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, sic inquit. Pix sicca quidem deficcet, & excalescit secundo à mediocribus, sive symmetris excessu: ac plus deficcare potest, quàm excalescere. Humida verò contrà, plus videlicet calfacit, quàm deficcet: habetq; nonnullam partium tenuitatem, quâ & asthmaticos, & purulentos adjuvat: satis est autem cyathi linxisse mensuram melli mista. Sed & abstergerendi quandam vim habent, atq; concoquendi, digerendiq;: veluti & in gustu subamarum quid obtinent, & acre. Sic leprosos ungues eximant mista cum cera: lychenasq; detergant: concoquant item duos & crudos tumores omnes cataplasmaris indita. Ad ea omnia humida valentior est: arida verò pix tamen ad hæc quidem deterior est, glutinandis tamen vulneribus magis congruit. Ex his itaq; clarum est, humida pici calidam humiditatem affatim esse admistam. Meminit item Galenus picis fuliginis lib. 7. eorumdem simpl. ubi ita de omni fuligine scriptum reliquit. Fuligo omnis excaletoria est, ac proinde terrestris est essentia, habens quasdam etiam ignis, qui materiam combussit, reliquias: sed id pusillum est. Porro tota ejus natura terrena est, tenuium partium. Sed quæ speciatim in ea differentia sunt, ea pro ista materia eveniunt: ex acriore, & calidiorè, & aliter etiam proveniente fuligine: ex dulciore simili quoq; & hinc fuligine proveniente. Primum enim thuris fuligine utuntur, in ocularias medicinas mista, eas videlicet, quæ ad oculos etiamnum phlegmone tentatas accommodantur, atq; etiamnum fluxione vexantur, & ulcera habent: nam & illa expurgat, & carne implet. Ad hæc usurpant quoq; eam ad facultates, quas vocant calibepharias. Præterea terebinthina, myrrhæq; fuligo molestia caret, non aliter quàm thuris: sed styracis his quodammodo valentior est: magis etiam pici liquida, quæ etiam magis cedri. Porro acrioribus utuntur ad vitia palpebrarum vocata ptila, & erosos oculorum angulos humidofq; citra phlegmonem. At mollioribus, mitioribq; tum ad hæc, tum ad ea, ad quæ competere paulo superius diximus thuris fuliginem. Πύρα γὰρ, Græcis dicitur: Latine, Pix liquida: Arabibus, Erf-
 30 Cest, Zest, aut Kir: Italis, Pece liquida: Germanis pix omnis, Béch: sicut etiam Hispanis, Pex negra: Gallis, Poix fondue, liquida tantum. Πύρα ξηρά, ἢ πάλιν πυρὰ Græce vocatur: Latine, Pix sicca: Italicè, Pece secca: Gallis, Poix seche. Quod Græci πύραλαον, Latini Picinum oleum dicunt: Arabes Kepsen, seu Kapse: Hispani, Azei de pez.

Picis facultates ex Gal.

Fuliginis vires ex Gal.

Nomina.

Ἀσφαλτῶς.

BITUMEN.

CAP. LXXXIII.

BITUMEN Judaicum cæteris antepositur: cujus probatio est, ut purpuræ modo splendeat, sitque ponderosum, ac validum odorem vibret: nigrum autem & sordidum, vitiosum est. Adulteratur pice. Gignitur in Phœnice, Babylone, Zacyntho, & Sydone. a Liquidum invenitur in Agragantino Siciliae, fontibus innatans: quo utuntur ad lucernarum lumina, olei vice. Hallucinantur, qui id Sicilicum oleum nominant: namque liquidi bituminis genus esse constat.]

a Nota habet Orib.

Πύρασφαλτος.

PISSASPHALTUM.

CAP. LXXXIV.

NASCITUR in Apolloniatarum agro circa Epidaurum, quæ pissasphaltos appellatur. Ea Cerauniis montibus devoluta impetu fluminis rapitur, æstuque in litus expuitur, illic coacta in glebas mistam bitumini picem redolet.

Νάφθα.

NAPHTHA.

CAP. LXXXV.

NAPHTHA vocant Babylonii bituminis colamen, colore candidum: invenitur etiam nigrum [Vis ei ignium rapax, ita ut ex spatio protinus in eam transfiliant. Ad suffusiones oculorum & albugines utilis.] Bitumen omne discutit, glutinat, emollit, ab inflammatione tuerur: vulvarum procidentias, strangulationesque olfactu, suffitu, imposito, emendat: comitiales morbos suffitum deprehendit, gagatæ lapidis more: purgationes mulierum cum vino, & castorio potum elicit: tussim veterem, & anhelitum adjuvat: serpentium moribus, coxendicum, laterumque doloribus auxiliatur: datur celiacis in cataportio devorandum: cum aceto potum discutit sanguinem concretum: dysentericis cum ptisana liquatum infunditur: destillationibus suffitione medetur: mitigat dentium dolores oblitum. Cæterum pilos incommodos siccum replicat, specillo impositum: concalfactum autem, & farina hordeacea, nitro, & cera illitum, podagris, articulorum doloribus, lethargicisque prodest. Pissasphaltos eadem, quæ pix, & bitumen, si misceantur, potest.

a Ista omnia de-
sunt in
meo, &
Drag.

LEGITIMUM quidem Judaicum Bitumen hoc ævo (quod sciam) in Italiam non advehitur: id namq; quo officinae utuntur, impostura quædam est, pice, petroleo, & aliis nonnullis parata. Igitur mirari non licet, si id Dioscoridis historia minime respondere videatur. Optimum in Judea provenit in quodam lacu, quæ Jordanis amnis influit, qui ab urbe & Hierico quindecim tantum millia passuum distat. si Brocardo fides habenda est, qui Palestina topographiam edidit. Nil verò aliud bitumen est, quàm pingue quoddam lacus illius aquis supernatans, quod undis ventos, agitarum in litore concrescit, densatur, coit, tenacissimumq; redditur. Nullum in hoc lacu (ut Galenus restatur lib. 4. cap. 20. simpl. medicamentorum) animal, nullaq; stirps innascitur, neq; visitur, ob aqua ingentem salsedinem. Imò cum duo ingentia flumina in

Bitumini-
nis confi-
deratio,
& histo-
ria.

K 2

eum

eum confluant, in quibus pisces innumeri, praesertim in eo, quod prope Hierichontem fluit, quod Jordanem appellant, nullus omnino piscium fluminum ostia excedit. Quintimo eodem auctore, de his, quae in eum proficiunt, nihil meretur, sed instar navis, super aquam fertur. Quippe hoc esse verum probari facile potest experimento, quod sensibus patet: nam unaquaeque navis levius admodum marinis, quam dulcibus fertur aquis. Proinde loco citato haec scite prodidit Galenus. At aqua, quae ex lacu Syriae Palastinae, quem alii quidem mare vocant mortuum, alii stagnum bituminosum, gustantibus non salsam modo, sed & amara est. Salem vero etiam habet ex sese natum, perinde subamarum, primoque statim aspectu una cum universo mari tum candidior, tum crassior apparet, salsugini mera similis: in quam si salem injicias, ne liquari quidem etiam possit: plurimum enim ejus in se habet: ac si quis in eam se immergat, continuo sale tenuissimo velut conspersus, undique emergere conspicitur. Quapropter etiam aqua illa, quam cetera marina gravior est, idque tanto pondere, quanto fluviali marina. Itaque, si volueris te ipsum deicere in profundum, ne sic quidem poteris deorsum ferri: ut attollit, elevatque aqua: non sane quia natura levis sit, quod quidam veterum sophistarum prodidit, sed ut censuit Aristoteles, propter gravitatem instar luti, quae leviora sunt, gestans. Proinde si hominem ligatis manibus, pedibusque, in stagni illius aquam conjeceris, deorsum haud feretur: quin vero sicut naves in mari onera plura, quam in fluvio citra submersionem portare valent, eundem in modum in stagno mortuo multo plura, quam in mari. Tanto enim est, quae in illo est aqua, marina gravior, quanto marina lacustri, aut fluviali: inest enim ei salis substantia, quae terrea, graviusque est. Ipsaque tibi marinam, si lubet, efficere liceat, sale in aqua fluviali colliquato, cognoscereque, quanto gravior reddatur aqua ejusmodi, quam sit dulcis. Quam & modum jam invenerunt, moderatam ad salendum conficiendi salsuginem, si ovum in ea videatur natum: nam ubi etiamnum fidit, ac nondum super salsuginis superficiem innatat, aquosa magis est, & dulcis: graviter vero salsa est, ubi tanta est salis copia indita, ut amplius liquari, qui postea adjicitur, nequeat: quam aquam si pendere non gravaberis, omnium aquarum comperies gravissimam. Itaque, ego quandoque, inanem esse divitis cujusdam ambitionem ostendi, qui tanta in Italiam maris mortui aquam devexit, quae cisternam implere posset. Nam id ipsum ego expedire praestiti, sale plurimo in aquam potabilem coniecto: haec Galenus. Lacus iste, quem aliqui mare mortuum vocant, ille quidem est, quem sacra testantur monumenta exortum esse, ubi Sodoma, Gomorrha, aliaeque finitima civitates caelesti igne absorptae, subversaerque fuere. Quod etiam Galeni auctoritate comprobatur, qui eodem loco citato lacum hunc Sodomeum appellari scribit. Eructat continuè (ut quidam Patriarcha Hierosolymitanus suis scriptis perhibet) nebulosos quosdam vapores furorem intolerabilem vibrantes, qui postea ventorum flamine per convalles olim fertilissimas exagitati, perpetuam sterilitatem relinquunt, ita ut longo terrarum spatio nec herba, nec arbor, nec ullum denique germen proveniat, neque vireat, nisi juxta Hiericum, ubi ab Elisei fonte irrigantur horti. Tradit Plinius hunc lacum longitudine centum millia passuum excedere, latitudine maxima viginti quinque, millia passuum implere. Idem Pissasphaltum inter picis genera meminit libr. 24. cap. 7. sic inquit, Est & Pissasphaltum mista bitumini pice naturaliter ex Apolloniatarum agro: quidam autem ipsi miscunt. Afferitur ex eodem agro etiamnum hoc avo: siquidem ex Apollonia Epiri, quam vulgo Valonam nuncupant, Venetiae pissasphaltum pro picandis navigiis copiosum importatur: quippe quod pinea picis commissum, valentissime id muneri praestet. Nuper ex Dalmatia asserri cepit, ubi prope Lesinam, non longe à Narenta foditur: cujus annis quidam mihi copiam fecit. Foditur & in Pannonia, ubi id incolae fossitiam ceram esse existimant. Scribit Fuchsius libr. 1. de comp. medic. pissasphaltum nunc etiam tribus fere milliariis ab Inspruck reperiri, vocarique Germanico sermone Trischemblut, cujus portionem aliquam adhuc se habere fatetur, sibi à Georgio Collimitio transmissam, quae succensa bitumen ac picem verissime redolet. Sed equidem vereor, ne ipse quoque decipiat, una cum Georgio illo. Is enim lapidem gagatem, qui fere tribus ab ea civitate Germanicis milliariis (ut Fuchsius inquit) in litore cujusdam torrentis frequentissimus reperitur, pro pissasphalto ostendebat. Sed illius error, dum ego in Inspruck essem, à clarissimo Joanne Petro Merendio medico Regio, & à me pariter deprehensus est: quod lapis Germanica lingua Trischemblut vocatur, etsi lapidis gagatae modo consuegit, & bitumen redolet accensus, nunquam tamen ut pix & asphaltus igne liquefit, sed ligni, vel tecta modo comburitur. Praeterea ultimum bituminis genus, quod Naphtham vocant, Plinius libr. 2. cap. 105. in Ausiagenis Parthiae inveniri prodidit, tantumque esse huic ignium cognationem, ut transiliant protinus in ipsum undecumque visum. Quod etsi in Italiam aliunde (quod sciam) non inferatur, inibi tamen pluribus in locis id generis erumpit, quod eosdem cum igne praestat effectum: quale est, quod in agro Mutinensi & aliis quibusdam in locis in Insubria seaturit, petroleum, sive saxeum appellatum. Ceterum id quidem mirum admodum de petroleo omnibus videri debet, quod mihi narravit Posquius Ungariae illustris comes Hercules à contrariis Ferrariensis, eo tempore, quo Maximilianus Romanorum & Bohemiae rex, Pannonia coronam suscepit. Narrabat itaque Comes suo quodam in praedio se puteum habere, in quo una cum aqua petroleum disillat è terra meatibus. Atqui cum rimae quaedam in putei fundo hiantes exorta essent, è quibus petroleum sensim labebatur, cementarium fabrum se conduxisse dicebat, qui rimas diligenter obstrueret: at cum artifex sine lumine id praestare nequiret, lacernam exposulasse eamque, illi in puteum demissam esse perquam diligenter oculos, verum paulo post, evenisse afflictae, ut petroleum ignium rapax accensis putei parietibus, & impetuoso admodum excitato vapore, non solum cementarium artificem illum, perinde ac è bombardae extinctum sursum extra puteum ejaculasset, sed etiam putei cellum totum in aëre evexisset, accensis lagenis nonnullis petroleo plenis extra putei ostium existentibus, quarum igne astantes quidam maxime laesi sunt. Hinc itaque adducor omnino ad credendum, nil aliud petroleum esse, quam Naphtham, bituminis colamen, de quo scripsere Dioscorides, & Plinius. Sed ut redeamus, unde digressi sumus, bitumen Sodomeum non nisi fictitium vel impostorum malitia adulteratum, advehitur. Proinde Brasavolus in syncreti defectu, Mumiam à Mauritani vocatam substituit, quod certo crediderit, mumiam esse legitimum Palaestinum asphaltum. Quandoquidem existimavit, siccatum Arabum, tum aliarum gentium corpora, quae pro mumia ex Syria & Aegypto Venetiae deferuntur, cum sint ex infima illius regionis plebecula, vice aloës, myrrhae, croci, & balsami ex more Judaico, duntaxat asphaltum impleri, quod eorum pauperes aromatum sumptus non toleret. Hoc fundamentum hinc jecisse videtur, quod Strabo literis mandaverit Bitumen Sodomei lacus in usu esse ad tutanda hominum cadavera. Sed quantum ipse ex Arabum scriptis deprompsit, apud eos MUMIA potius est pissasphaltum, quam asphaltum: siquidem scribit Avicenna, mumiam eadem praestare, quae asphaltus pice commissus. Ex quo facile conicere possumus, cadavera illa pissasphaltum tantum impleri. Cui etiam subscribit Serapio, qui de Mumia differens, ex Dioscoridi auctoritate, eadem, quae Dioscorides de pissasphalto tradidit, ipse verbotenus ad mumiam retulit, sic inquit, Mumia est in terris Apolloniae: descendit namque ex montibus, qui ducunt flumina cum aqua, & ejicit eam aqua fluminis in ripis, & est coagulata, & fit sicut cera & habet odorem picis mista cum asphaltum aliquo colore: & virtus ejus est, sicut picis, & asphalti mistorum. Unde potius asserendum putavimus, nostram Mumiam esse pissasphaltum, quam asphaltum. Et quamvis dicat Strabo bituminis Judaici usum fuisse ad conservanda

Sodomeus lacus.

Pissasphaltum consideratio.

Fuchs. & quorundam lapideum pissasphaltum.

Naphthae mentio.

Petrolei cuiusdam historia, & vis admirabilis.

Brasav. opinio improbat, dum Mumiam bitumini substituit. Mumia consider.

10


20

30

40

50

60



10

20

30

40

50

60

conservanda cadavera: non tamen negat, quin bitumini picem admisceant, fiatq; pissasphaltum sacitium. Verum Serapio, & Avicenna has misturas optime noverant, utpote quibus non modo Syri, sed & sua gentis Mauritanii uterentur. Quo fit, ut Brasavoli sententiam non probandam existimem, quod scilicet vulgaris Mumia bituminis loco in componendis medicamentis substituatur. Namq; Mumia praterquam quod est (ut puto) syncerum pissasphaltum, vel asphaltum pice mistum, concepit defluentem humorem, qui continuo e cadaveribus in sepulchris liquatur: ex quo credendum est, eam non parum suam immutasse naturam. Porro satius ducere Galenum & Paulum consulere, qui in succedaneis, si desit asphaltus, picem liquidam subdunt. Caterum notare convenit Serapionem Mumiam Dioscoridis pissasphalto adjecisse, ut qua aliquam inter se cognationem haberent, ab invicem non disjungeret: non enim erat nescius, hujuscemodi cadavera pissasphalto impleri, quemadmodum myrrha, croco, aloë, ac etiam balsamo simul admixtis implebantur: qua veram tractu temporis consuebant mumiam, cuius meminit ejusdem capituli initio, his verbis. Mumia sepulchrorum, fit e myrrha, aloë, aliisque rebus his additis, & humiditate, quam exudant humana corpora. Veruntamen hac nostra tempestate in Italia haudquaquam adhibetur: quippe quod hac missione nulla earum regionum cadavera, prater nobilem, ac diuturnum condiantur: & hi quidem sepulchra habent sibi constituta, diligenterq; occlusa. Idcirco non ita facile istorum corpora surripi possunt a mercatoribus illuc profectis, ut minori tum difficultate, tum suspitione auferri possunt pauperum, & ignobilium, asphaltum pice misto, vel ipso pissasphalto confarcta. Ideoq; apertissime falluntur, qui pro legitima Mumia arefactam istiusmodi cadaverum carnem assumunt, non autem eorum insarctum, veluti seplasiariorum quam plurimi, qui carnes & ossa contundunt, eaq; medicamentis admiscunt, qua mumiam exposcunt. Necessum igitur esset legitimam mumiam expectantibus, ut in hospitibus nostris cadavera obeuntium aloë, myrrha, & croco repleri curarent, eamq; deinde suo tempore eximi. Hanc tamen nostram sententiam pluribus refellere contendit Petrus Bellonius Cenomanus, vir ex eo sortasse peritus judicandus, quod profiteatur se Asiam, Græciam, Syriam, Aegyptum, & Arabiam peragrassè. Quippe qui putet, non aliam esse Mumiam apud Græcos & Arabes, quam pissasphaltum. Sed quod ejus argumenta non sint tanti momenti, ut oppositum nobis persuadere possint, & quod potius idem hallucinetur, in epistolis, quas conscribere institui, adjuvante Deo, latius ostendam: ubi etiam plurima ejus errata attememus, qua in libellis, quos tum de medicamentis cadavera servantibus, tum de resiniferis arboribus, tum etiam de piscibus condidit, legendo adnotavimus. Quandoquidem nostrum in primis institutum non est, in his commentariis nostras ad anguem tueri sententias, atq; ab erroribus, quibus notati erimus, nos vindicare, sed quantum possumus, materiam medicam a mendis expurgare, eamq; illustriorem reddere, & in pristinum candorem restituere conamur. Porro Mumia, de cuius viribus jam nobis differendum est, (ut Arabes tradunt) quam plurimis pollet facultatibus: siquidem secundo ordine tum siccatur, tum exsiccatur: capitis dolores frigida obortos absq; humorum presentia mulcet. Medetur hemigræne, paralyti, oris distractionibus, comitialibus, vertiginosisq; si ex amaraci aqua naribus immittatur. Leucoii oleo, sive hyoscyamino grani pondere subacta, ad aurium dolores frigidos utiliter in eorum concavitate infunditur. Prodest quatuor granorum pondere ex thymbræ decocto resoluta, gula cruciatibus. Epota ex zizypharum, hordei, & myxorum decocto tribus diebus continuis, tussientibus opem non modicam præstat. Granorum item quatuor pondere sumpta ex aqua menthe, cordis affectus remouet: cum decocto verò cumini, annisi, & cari, tum ventriculi, tum intestinorum status discutit. Bibitur utiliter ab alto devolutis ex siliqua Aegyptiæ medulla, additis Lemnii sphragide, & rubiæ radice. Haustatium, vel quatuor granorum pondere singultum inhibet, si tamen ex cumini, & apii decocto assumatur. Errhinis imposita, additis moscho, castoreo, caphura, & oleo balanino, naribus commodè inditur ad diuturnos capitis dolores: præsertimq; cum adhibitis aliis, contumax morbus non solvitur. Gargariatur cum oxymelite adversus anginam: & ad lienis affectus ex cari decocto utiliter bibitur: & contra lethalia venena ex decocto tribuli marini, & sciridi la serpitiis gummi iuvamento non modico sumitur: item ex mero contra scorpionum ictus bibitur, ictusq; locis cum recenti bubulo butyro utilissime imponitur. Adstringit mumia illita externa sanguinis profluvia, pota verò interna: proinde perutilis ad cruentas excretaiones. Ex caprillo lacte pota opitulatur exulceratæ vesicæ, internis penis desquamationibus & urinam agere continentibus. Non desunt qui credant, humanorum cadaverum ossa in pulverem redacta, & in poru exhibita, variis corporis languoribus prodesse, os suum unicuique, membro tribuentes. Quod penitus refellendum non est: siquidem ipse pluries vidi, in comitiali morbo cranium humanum in pulverem redactum maxime profecisse, sicut etiam calculosis renibus, & eorum doloribus. Sed ad Bitumen redeamus, a quo nos penè disjunxerat mumia, ne a nostro instituto recedamus. Hujus meminit Galenus lib. ii. simplicium medicamentor. sic inquit: Bitumen, unum & ipsum est ex iis, qua in aqua marina proveniunt, & in alia quapiam, qua non est marina dissimilis, ut in Apollonia Epiri, & per alia id genus loca, multis aquis spontè nascentibus, censeo quædam innatans hoc medicamen reperitur, & molle quidem est, dum innatat, postea verò resiccaturum pice sicca durius efficitur. Optimum verò bitumen in mari, quod mortuum vocant, provenit.

Bellonii
opinio
explosa.Mumia
vires.Bitumi-
nis hist.
& vire
ex Gal.

- Est autem id stagnum salsum in caele, hoc est cava, Syria. Caterum medicaminis ipsius vis est tum resicatoria, tum exca-
factoria in secundo ordine. Merito itaq, eo utuntur & ad glutinationes vulnerum cruentorum, & ad alia omnia, quæ
exiccari debent cum modica excalfactione. Nomen ejus Græcum est ἀσφαλτος: Latinum, Bitumen: Arabicum, Hafral
jeudi, five Chefer alibeud: Italicum, Bitume, & Asphaltum: Germanicum, Juden Leim, πηξάσφαλτος vero sic Græci di-
citur, ut Latini Pissasphaltum: Arabibus, Mumie, Mumia, seu Mumia: Italis, Pissasphalto: Hispanis, Cera de minera.
- Nomina.** Bitumen, ἀσφαλτος, dici Suida innuit, παρὰ τὸ σφάλλειν, quamvis ab Asphaltitide lacu (mortuum mare
vocat) ubi plurimum colligitur, derivari possit. Germani Erdbech quasi picem terrestrem, eò quodd sub-
stantia & viribus cognatum sit, vocant. Est autem veluti pinguis terræ adeps, æreæ & igneæ substantiæ
ideoq; flammam promptissimè concipiens, Plinio lib. 35. cap. 15. Duplex verò est Bitumen, liquidum ac
densum: illud vario est colore, candidum, quod Babylonis Naphtha: aliud in cinereo candidum, quod
concretum Arabes Ambra nominant: est & fulvum, nonnihil cæruleum, purpureo colore splendens:
est nigrum, est alio atque alio colore, pro locorum in quibus scaturit diversitate. Sic hoc nostro seculo
ex Auvernia Galliae Bitumen adfertur & liquidum & nigricans, gravisque odoris, ad hystericas passio-
nes olfactu utile. Et licet Asphaltum quamdiu innatat, molle sit, exemptum verò pice sicca sit durius, Ga-
leno auctore: attamen integrum ex fontibus ita crassum emanat, ut limus videri possit: quod fortassis
Plinium movit, cur loco citato, alibi limum, alibi terram dixerit. Quod si bitumen tam durum fuerit ut
poliri queat, Gagates appellatur & Obsidianus lapis: sic in mare Germanicum bitumen effunditur can-
didum, quod Succinum album est. Nihil dicimus de Bitumine fossili, quod terra ampelitis & Bitumen
fossile terrenum, Germanis Stein foll, id est, Carbones lapidei dicuntur. Quod denique Dioscorides li-
quidum Bitumen in Siciliae fontibus innatare dicit, copiosè etiam in Germania, maxime circa Brunsch-
wigum reperitur, quo ad axes ungendas, jumentorum scabiem & lucernarum lumina utuntur, & aliqui
à foetore Teissis, dicit, id est, Satanæ sterco vocitant: at in Burgundia, ad axes usus est picis albæ quam
Burgundiam vocitant. Simile etiam ex Betula arbore igne elicitur, quod Bitumen Betulæ arboris, Pli-
nius nominat. Pissasphaltum idem ac si dicas picinum bitumen: Marcell. Empiricus dicit Latinis
Rubricam Scythicam appellari. Galenus, Aegineta, Aërius Pissasphalti ne mentionem quidem ullam fe-
cere, ut rei ad medicamenta inutilis: Theopompus de eo tanquam fossili agens, ea penè quæ Dioscori-
des refert: Arabibus est Mumia, quod Pissasphaltum Dioscorides vocat: duplex autem est Arabibus, na-
turale & factitium: quo mortuorum corpora condiebantur, ex Myrrha & Aloe. Sic & Mumia duplex,
alia Arabum, Pissasphaltum puta, quæ nativa est: alia officinarum, quæ Bitumè judaicum est, humani ca-
daveris tabo mixtum. Dicitur autem Mumia, cadaver conditum. Ex Dioscoride enim capite de Cedro,
hæc conditura φύλαγμα νεκρῶν σωματίων dici potest: sic ex Galeno septimo simplicium ἐνυπνίου καὶ φύλαγμα
μύριον τιθνόντων appellare licet. Herodotus in Euterpe, cadaverum condituram τὰ ρήματα vocat: quem
Diodor. lib. 2. cap. 5. sequitur, & Strabo lib. 16. quod ea non aliter, quā carnes sale condirentur. Plinio lib.
11. cap. 37. Cadaver conditū, at Pomponio Melæ lib. 1. ca. 9. medicatū. Hodie non solum in Europa, sed ut
ferunt, etiā in Asia & Africa, Mumia dicitur. De condientibus & cōdiendi modo, Diodorus Siculus loco
citato eadem penè quæ & Herodotus habet. Tres enim hoc munus absolvunt. Primus Grammaticus di-
citur, qui posito humi corpore circa ilia describit, quantū à sinistra parte incidatur: Alter est Scissor, qui
æthiopico lapide latus aperit, subitoq; aufugit, ob astates qui cum exsecratione in eū lapides conjiciunt:
tū sequuntur corporis curatores, qui τὰ ρήματα salitores appellatur & polinctores, qui exiltimatione digni:
horum unus scissurā per corporis interiora, præter renes & cor, ducit: alter vino phæniceo odoriferis im-
mixtis lavat, dein Cadaver lotū unguētis ex cedro & aliis pretiosis per dies triginta ungit: Myrrha dein-
ceps & Cinnamomo liniunt, ut servari & odoriferū reddi possit. Curatū cadaver cognatis traditur, etiam
superciliorū & palpebrarū pilis servatis, ut dormienti sit similis. Triplicè cōdiendi modū Herodotus do-
cet. Primus, cerebro per nares hamo extracto, & lapide æthiopico visceribus ablatis, repurgat vino phæ-
niceo, & odoribus farciunt: tū omenta myrrha, casia & odoribus, excepto thure, contulis, cōplent & con-
suunt: dein per 70. dies saliant: tum cadaver ablutum, & syndone involutum, gummi illinunt. Tandem
in ligneam hominis effigie indunt & reponunt. Alter modus: clystere repleto unguine cedrino, in alvum
injiciunt, non refectis corporibus: dein diebus 70. saliant: ultimo die cedrinum unguen regerunt, quod
secum intestina educit. Tertius modus: pauperes dilutionibus ventrem abstergunt, per dies septuaginta,
sale arefaciunt, dein reponunt. Verum Judæi, Strabone lib. 16. attestante, Asphaltum five Bitumine liquido
urebantur. Ast consuetudo condienti corpora in Ægypto, longè ante Hesiodi tempora, qui quadringen-
tis ante Herodotum annis vixit, cœpit. Condierunt autem ob id, quod mortuorū resurrectionem exspe-
ctarent, quod Democriti sententia testatur, iniquitatis: Ægyptii, Judæorum more mortuorum expecta-
bant resurrectionē, ideo corpora condiebant, ut durarent, & ad æternitatem asservarentur: ob id nefas
illis videbatur ab igne comburi corpora, aut à vermibus, absumi debere. Quam Democriti sententiam Plin.
ut Epicureus lib. 7. c. 55. irrisit his verbis: similis & de asservandis corporibus hominum ac reviviscendi
promissa Democriti vanitas, qui non revixit ipse. Herodotus in principio l. 3. Zoroastis rationem adferre
conatus est hanc, ne humatus à vermibus devoraretur. Verum enim verò non solum hominū, sed etiā bru-
torum animalium, permulta genera in Ægypto condiebantur. Ex quo colligi posse videtur, etiam scele-
ratorum cadavera quovis mortis genere affectorum condita fuisse, cum li. 2. referat Apicē regem stangu-
latum & in paternis monumentis sepultū: sic feminarum, non secus quā virorū funera condiebantur,
ita tamen ut feminae forma conspicuæ, monente Herodoto, demum tertio aut quarto à morte die sali-
nariis & polinctoribus, ne cum eis concumberent, fuerint traditæ. Tradebantur autem, ut Diodorus au-
tor est, iis tantū, qui funera mortuorū curare soliti erant, eo exercitio à majoribus tradito. Bruta quoq;
condita fuisse, sufficiat Herodoti testimonium, liquidem Ægyptii certa animalia diis sacra habuere, &
etiam post mortem coluere: quorum cum aliquod moriebatur, syndone contectum cum ululatu pectus
percutientes sale aspergebant, ac cedri liquore, quo diutius servaretur, ac unguentis odoriferis corpus
unctum, in sacris locis sepeliebant. Ejusmodi autem erant, crocodylus, felis, canis, mures aranei, acci-
pitres, ursi, lupi, qua de re Herodotus lib. 2. Advchuntur ex Ægypto ejusmodi medicata & condita ca-
davera


clavera (cujusmodi duo Veneriis integra vidimus) quorum tamen venter non videtur concidisse: eò quod mos fuerit: ut quæ defunctus in vita dilexisset, unà cum eo sepelirentur, & si fas esset, condirent, quæ in alvum indebant & rebus odoratis complebant, quare in Ægypto & Alexandria, in ventre & thorace etiam reperiuntur libri, idola, numismata, vasa. Meminit Rondeletius funeri conditi, quod integrum ex Memphite, navigio Massiliam fuit advectum, in cuius thorace inventa sunt viginti folia papyri antiquæ literis Arabicis inscripta, quod nemo legere potuerit, licet Judæi Avinionenses historiam vitæ defuncti contineri ajebant. Sic Bellonius refert se vidisse libros antiquissimos, idola ex ære & orichalco, aliâq; per multa suppellestilia antiqua, in eorum thoracibus reperta. Vidimus nos ipsi idola

Cadaveribus variis inclusis.

Idola in Cadaveribus.

Cadaveris conditi usus.

palmum fere longa, ex terra aliqua confecta forinsecus coloris ex viridi subcærulei, quæ vel viros vel mulieres referebant: quorum quædam hieroglyphicis litteris erant insignita, quædam non: unum habemus quod à D. Doctore Bernardo Paludano, cum ex Ægypto rediret, Patavii dono accepimus, quod ex thorace cadaveris in Ægypto conditi se sumpsisse affirmabat, cujus iconem adjecimus: alterum hieroglyphicis notis insignitum apud Nobilissimum Cortusum, nunc horti Patavini præfectum, quod de collo gestabat, vidimus. Nunc de usu cadaveris conditi paucis: Etsi Dioscorides, Galenus, Ægineta, Aëtius, non minus quàm historici, Diodorus Siculus & Herodotus, Cadaver conditum agnoverint, & cedria condiri voluerint, quo humiditates depascerentur, duræ carnes exsiccarentur, & à putredine asservarentur, tamen priscorum Græcorum ætas nusquam in suis monumentis vires medicas tribuisse legimus, cum hoc non fuerit ipsorum institutum, & à paucis annis advehi sit cœptum. Quare inquirunt recentiores, si cedria condiantur, cedriæ virium participia clavera futura. Si asphalo, asphali: idem de reliquis medicamentorum generibus dicendum: ex quibus perspicuum, Mumiam vocatam, rem esse compositam ex humana carne, admixto vel sale, vel bitumine, vel cedria: quare hoc conditum mixtam naturam habet cum nitro & cedria, vel pro ratione eorum, quibus conditur: divitum namq; clavera in oriente, Aloë, Myrrha, & opobalsamo etiam condiebantur, pauperes verò, Bitumine conditi sepeliebantur. Hæc ratio cur nostro seculo, Mumia dictæ, inter exotica medicamenta primum locum tribuerint: cujus apud Gallos tanta commendatio, ut optimates ea nunquam carere voluerint: referunt Franciscum primum ipsorum Regem, in baltheo semper gestasse, nullum casum peritissimam, si vel minimum saltem apud se haberet. Utuntur & hoc tempore Medici ad coagulatum vel grumosum sanguinem, ex ca-



su resolvendum. Ast in ea quæ ad nos adfertur, nec colore, nec odore, nec sapore percipias myrrham vel aloë, vel opobalsamum admixtum: quare videtur ea esse, quæ bitumine & humano tabo constat, at neque hæc genuina, sed bitumine cadaverum ossibus infuso & circumfuso: hinc in officinis sæpè scapularum, costarum videbis ossa. Quod cum ita sit, malunt aliqui Bitumen, aut picem siccam accipere, cum hæc cum Asphalto & vim & ordinis facultatem fortitur: & sanè, tutius est rem cognitam & sinceram, quàm peregrinam & multis abominabilem in usum vocare. Ex dictis facile colligere est, falsam esse eorum opinionem, qui dicunt Mumia esse corpora eorū, qui in littore maris arena obruuntur: vel, ut aliis placet, corpora in montibus frigore congelata, qua de re plenius alibi. Verum & hoc tempore magnatum condiuntur corpora: postquam enim omnia fuerint interanea ablata, ea quæ Clavera à putredine conservare possunt, aspergunt, & indunt. Apud Gallos usitatus fuit pulvis, quem Myrrhaceum vocant, cujus plures licet sint compositiones, unam tamen addere lubet. Assumunt salis multum, Alumen cum Myrrha & Aloë fustum, Absinthium, Cinnamomum, Caryophyllos, Piper, Cuminum, Siler montanum, & id genus aromatum, omnium partes convenientes, quæ in crassiore comminuunt pulverem, affundendo Aceti parum: hunc pulverem alvo indunt: tum cera circumlitū (quod tamen non in omnibus observatur) & involutum feretro plumbeo includunt. Simile quid apud Herodotum li. 4. habetur. Patavii anno 78. vidimus hoc pacto cadaver condiri: inciso ventre intestinis cum reliquis visceribus exemptis, pectus ad costarum cartilagine fuit incisum, visceraq; excisa: mox corpus aqua frigida ablutū, spongiisq; abstersum primò: dein aceto acerrimo, tum aqua vitæ, tandem post factam cum spongia sicca absterfionem, pulvis inspersus ac infricatus: quin & bombacem vel stupas aquæ vitæ immerfas & expressas carni applicant, totaq; & infimi & medii ventris cavitas pulvere impletur, cutisq; confuitur. Pari pacto & caput conditur, posteaquam cranio ferra ablato aut perterebrato, cerebrum fuerit exemptum. Sic conditum cadaver linteo cerato adhuc calente involvitur, & denique pice navali illinitur: hoc pacto conditum in annos decem conservari potest. Pulveris hæc est compositio. Accipe herbarum Absinthii sicci, Salviæ, Lavendulæ, florum Rosarum rubearum, Nucis cupressi, ana M. iij. Spicæ Germanicæ, calami aromatici, ana M. i. Aloës, Myrrhæ, Mastiches, ana ℥. j. Cinnamomi, Caryophyllorum, Nucis moschatæ, Macis, Croci, ana ℥. i. Aluminis rochæ, Aceti, ℥. ij. Salis marini, Cumini, Furfuris torrefacti, ana ℥. i. Contusa omnia ruditer servantur ad usum. Dein, accipe Aquæ vitæ ℥. x. aceti acerrimi ℥. xv. Stupæ canabinæ vel Bombacis ℥. vii. Spongiæ magnas, N. i. Hæc sunt quæ parata haberi debent.

Error quorundam. Cadavera ut nunc condiantur.

Naphtha Græcis & Latinis, Arabibus & Turcis Nepht. Suidas medicum esse vocabulum scribit, & à Naphthæ Græcis *μυρτίνη* vocari, eò quod Medea Creontis filiam pellicem cremaverit Naphthico oleo, qua de re & Plinius lib. 2. c. 105. Quibusdam oleum Siculum, quod in Agrigentino Sicilia agro, eò olei vice ad lucernarum lumina utuntur. Persæ auctore Herodoto, oleum hoc Rhodium vocant. Officinis oleum

Petroleū.

Naphtha
duplex.
Petro-
leum tri-
plex.
Album.

Rufum.

Nigrum.

Petræ sive petroleum: Mutinensibus, oleum montis Gibii. Differt ab alio quovis liquido bitumine: alia absque igne, aut bitumine accenso, per se in terra gignuntur: hoc verò gignitur ex Bitumine in terra & montibus natura accenso, tenuissimis ejus vaporibus sursum elevatis, & ad frigidiora saxa in tenuem liquorem resolutis, qui dein per suos meatus è montibus fontium modo scaturit: verum ex crasso & terrestri bitumine, crassa: ex tenui & puro, pura etiam & tenuis gignitur. Duas quidem differentias Dioscorides agnovit, candidam & nigram: at cum Bellonio tres statuimus, nigram, candidam, & flavam: illa crassior, hæc verò aquæ modo liquidæ sunt. Variant etiam ratione loci: Italica namq; in suo fonte non flagrare dicitur, quod Babylonica facit, si Plutarcho in vita Alexandri credimus. Alba, quæ Babylonica est: licet etiam in Italia scaturiat, in tractu Parmensi, apud Mejanam pagum, quo loci tres scaturigines sunt, ubi levi stillatu effluit, cum paulo majori aquæ quantitate, parcius oleum fundens, quàm ruffa. Excipiunt autem singulo vel altero die: hoc pacto: aquam scopis quatunt, sicq; oleum in angulum coactum vase quodam excipiunt in singulum diem libram semis, vel paulo plus: maximè estivo, licco & sereno tempore: hocq; cæteris odore suavius & subtiliorum partium. Rufa circa montem Zibitum, tredecim à Mutina miliaribus distantem, ubi duæ vel tres scaturigines, colligitur, & quidem hyberno tempore ad uncias quindecim, at æstate ad uncias quadraginta quinq; Nigra in vico Alleni non longè à Mediolano colligitur, ex puteis qui non Naphthæ gratia, sed salis causa parati sunt: aquæ namq; quæ salis conficiendi causa hauritur oleum innatat: quod concha aufertur: alii tamen vellera immergunt & oleo supernatante imbuunt, eaq; postea exprimunt: & quanto magis aqua exhauritur, tanto amplius olei excipitur, ita ut aliquando in æstate ad 240. uncias colligi referant, maximè æstate siccissima, hyeme verò nihil aut parum. Quàm sit Naphtha æstivè & hyemè, exempla diversa legantur apud Plinium capite de Naphtha, Plutarchum in vita Alexandri, & Herodotum de scaturigine Naphthæ apud Persas: solent enim, ut auctor Ammianus, Persæ Naphtha tela illinere, ipsisq; accensis & latus emissis hostium tecta cremare: qui volet, plura inveniet & de Naphtha & Mumia apud Bellonium & alios. Inter has candida efficacissima, dein fulva, postremum locum nigra obtinet, quod Asphalti odorem plus cæteris refert, ejusq; pretium, propter magnum ejus proventum, vilius est. Hæc crassior est rufa: rufa paulò crassior alba, licet rufa & alba sæpè pro eadem sumatur, quæ ambæ aded liquidæ, ut aquæ non valde sint ab similes: quare si paulò obscuriorem videris, nigram largius affusam scias. Sunt qui loco olei petræ substituunt oleum Latericum, quod quibusdam Petroleum artificiale, illud naturale, dicitur.

Κυπάρις.

CUPRESSUS.

CAP. LXXXVI.

30

«Cœlu-
sa non le-
git anti-
quū ma-
nu scri-
ptū exē-
plar: sed
meum, &
Catag.
hæc om-
nia ha-
bent.
Cupressi
hæc om-
nia ha-
bent.

Cupressus refrigerat, & astringit: cujus folia ex passo, & exiguo myrrhæ pota, vesicæ rheumatismi, & Curinæ difficultati auxiliantur. Pilulæ autem ex vino rusæ in dysenteria, alvi fluxione, tussi, & orthopnœa, aut si rejicitur sanguis, convenientissimè bibuntur: earum decoctum eisdem præbet effectus: at tuscæ cum fico duritias emolliunt, nariumq; polypo medentur: in aceto coctæ, & cum lupinis detritæ scabros ungues ejiciunt: hernias intestinorum prolapsu erumpentes illitu reprimunt. Folia eadem præstant. Pilulæ cum arboris coma suffitæ, culices abigere existimantur. Folia trita, & imposita vulnera conglutinant, sanguinem supprimunt: trita ex aceto capillum tingunt: illinuntur per se, aut cum polenta ignibus sacris, ulceribus quæ serpunt, carbunculis, & oculorum inflammationibus: admota cum cerato stomachum corroborant.

CUPRESSUS.

Resina
Cupressi.

Cupressi
oacalia.



Tametsi cupressus arbor notissima sit in Italia: quin et si vulgaris sint notitia ejus fructus, quos tam Græci, quàm Latini conos appellant, attamen cum nihil de ejus historia memoria tradiderit Dioscorides, ut lectorib; unde quæ sit satisfactum, hic nobis de ea differendum est. Cupressus itaq; duum est generum: quorum alterum mas est, alterum feminam appellant. Hæc meram infastigium acuminatam ducens, illa verò ramos in latum spargens: utraq; procera est planta, recta, caudice glabro, ramos in summitate tantū habens. Foliis virescens perpetuis & Sabina baccifera viridioribus, ac longioribus. Conos edit ter in anno, lariceis similes, crassiores tamen, duriores, compactiores, speciosioresq; in quibus minutum concluditur semen. Fundit caudex resinam liquidam sed modicam, odore haud ingrato, Terebinthina haud ab similem & facultatis fere ejusdem. Ligni materies solida, compacta, spectabilis, suaviter odorata, sunt aliorū fere modo. Advena igitur quondam fuit Italia Cupressus, & difficilimè nascetur, natūq; morosa, ut qua in educatione plurimum diligentia expetatur, & præsertim in locis, ubi suapte natura non provenit. Tradiderunt veteres cupressum Diti sacram: & ideo funebri signo ejus ramos ante domos ponere solebant, ubi aliquis defunctus jaceret: ex quo more creditur ejus umbra infanssa, nec quidem gratiosa. Cupressi patria, ac proprium natale solum Creta insula est: namq; inibi quocunq; loco terra moveatur, subactaq; sit, nisi ferantur alia, hæc sua sponte gignitur, atq; protinus emigrat. In Idæis etiam montibus, qui ad Troadem spectant, non appellato solo, Cupressus numerosa sponte profilit. Quod admiratione nō vacat, alibi nō nisi tempore, &

pore, & perquam diligenti cultura proveniens, & cultorem magnopere fastidians. Odere cupressi flumina, lacus, omnesq; Adam
aquosos tractus, quo fit, ut ejusmodi locis sat & confestim inarescant. Quod si recte scivisset Adamus Lonic. non tam facile (ut Lonic
puto) scripsisset, cupressum humidis gaudere locis. Aspernantur & simum, quo etiam si circumfossura impleatur non multo
post tempore pereunt. Mira est Cupressi fecunditas, etenim trisera est: colliguntur ejus coni mensibus Januario, Majo, &
Septembri. Semen iis innascitur, gravis adeo pusillus ac minimus, ut atomis comparari possit: ob id enim agere perspicitur.

Non omittendum naturae miraculum, ex tam parvo semine gigni tam proceras arbores. Semen mirè formicis expetitur,
ampliato etiam miraculo, tamuli animalis cibo absumi natalem tantarum arborum: quo fit, ut fructifera Cupressi nun-
quam formicis sint desituta. Cupressus perpetua coma viret, ejusq; materies nec caviem, nec vetustatem sentit, ut etiam
cedri, ebemi, loti, taxi, buxi, & olea. Proinde veteres non aliam ob causam ex cupressina materie simulacra sculpebant, nisi

10 quod ad aeternam diuturnitatem permansura putarent, veluti Roma illud Jovis in arce. Fert & Cupressus liquidam resi-
nam larigna similem, sapore vero acerrimam. Reliqua semina tradunt, foliis cupressi tuis si misceantur, à vermiculis qui-
buscunq; non tangi, neq; erodi. Lignum autem (ut ajunt) nulla temporis diuturnitate suaveolentiam exuit. Conorum
decoctum ex aceto paratum dentium dolores mulcet, si eo saepe os colluatur, eorundem rheumatismos cohibet: idem quoq;
praestat foliorum decoctum. Hoc quoq; medicamento vitiligines curantur: eorundem & mulorum unguium cinis oleo

Myrtino exceptus, valet illitus ad capillorum desolvium. Idem (ut Marcellus inquit) impari numero minutissime triti &
ex vino vetere hausti, tussim potentissime leniunt. Recentes viridesq; coni herniosos magnopere juvant, si eorum decoctum
ex vino vetere paratum, quotidie affectibiberint trium unciarum pondere: interim tamen folia cupressi trita testiculis illi-
nenda sunt, est enim hoc auxilium multis experimentis comprobatum. Idem praestant tenera arboris germina commansa,

ita ut eorum succus deglutatur. Sunt qui pusillam cupressum, nonnullis etiam Cipresso vulgo dictam, abrotonum fami-
20 nam vocent, à similitudine, quam haec cum arbore in multis habet: idcirco nec fortasse aberraret, qui certo crederet, Plini-
um libr. xxiv. cap. xv. de chamaecyparisso herba differentem, de hac intellexisse: praesertim cum tradat, ipsam ex vino po-
tam contra serpentium omnium venena, scorpionumq; ictus pollere: siquidem & nostra haec aetate pleriq; abrotonum fami-
nam ad idem usurpant. Quod item ad alvi tinea necandam bellariis immiscet, ut arte pueros ad comedendum alliciant.

Hetrusci hanc Santolina vulgo nominant, de qua cum libro tertio in abrotoni mentione nobis latius sit differendum, hic plu-
ra dicere supervacaneum esset. Cupressi meminit Galenus libro vii. simplicium medicamentorum, sic inquit. Cupressi
folia, germina, pilulae recentes, & molles magna vulnera conglutinant in duris corporibus: ex quo clarum est, quod resic-
candi vim habeat absq; insigni acrimonia, aut caliditate, sicut certe & gustus testificatur. Apparet enim in ea levis quidem
acrimonia, sed plurima amaritudo, multoq; etiam plus acerbis in tota planta. Tanta ei inest acrimonia caliditasq;
quantum satis sit deducenda in altum acerbis, ut nullam tamen mordicationem, aut caliditatem in corporibus efficiat.

30 Proinde in alto latentes inflaculis, putrescentibusq; affectibus humiditates innoxie, tutoq; depascitur, atq; absunt:
cum quae ex caliditate simul desiccantq; eas quidem quae contenta sunt, absument, ceterum acrimonia & caliditate alias
attrahant. Sic enteroclicos juvat: siquidem exiccat, roburq; addit corporis partibus pro humiditate laxis, ut pote cum ad-
strictio in altum subeat, deducendo ipsa caliditate, quae admista est, eum servante modum, ut deducere quidem valeat non
tamen mordicare queat. Quidam ea utuntur ad carbunculos, & herpes potentia miscentes, tanquam absumat citra
excalfactionem eos morbos facientem humiditatem. Sunt qui ad erysipelata utantur, admista nimirum potentia cum
aqua, aut oxycrato aquoso. *Κυπρίνος* Graece vocatur: Latine, Cupressus: Arabice, Sero, aut Sero: Italice, Cipresso: Nomina
Germanice Cypressen: Hispanice, Cipres: Gallice, Cyprez: Bohemis, Cyprii.

De Cupresso ex antiquis, nullus melius ipso Theophrasto, ex quo Plinius sua desumpsit, scripsit. Di-
citur autem *ἡνὶ τῷ ἔθνει τῶν ἀνθρώπων τὸν ἀνθρώπου* à partu parilium ramorum: arborem Herbarii Cupressum vo-
cant, cujus fructus, *σπέρμα* pilulae dicuntur, aliis Coni, quibusdam galbulae, officinis nuces: quemadmo-
dum apud multos Taxus, apud Germanos Buxus, sic cupressus apud Italos in caemiteriis colitur, cum
funebri arbor olim fuerit habita: plurimas videmus non longè Patavio in colle circa Eremitarum cae-
nobium: apud nos saepe licet ex femine germinare Juniperinis foliis, non tamen ad aliquam altitudi-
nem pervenit.

JUNIPERUS.

CAP. LXXXVII.

40 Juniperi genera duo, altera major altera minor: utraq; acris est. Excalfacit, & urinam movet: accensa
serpentes fugat. à Baccarum nonnullae nucis juglandis magnitudine nonnunquam grandescere, aliae
nucem Ponticam aequare inveniuntur, rotundae, odoratae, in mandendo dulces, subamarae, quae arceu-
rhides etiam id est, baccae Juniperi nominantur. Modicè calfaciunt, & adstringunt, stomacho utiles: con-
tra pectoris vitia, tussim, inflationes, tormina, & serpentium ictus efficacissime bibuntur: urinam cient,
unde ruptis, convulsis, & vulvae strangulatae subveniunt. [Folia acrimoniam habent: ideo tam ipsa,
quàm eorum succum ex vino contra viperarum morsus illini, aut bibi prodest. Corticis cinis cum aqua
illitus, lepras eximit.] d.

50 & Drag. *τὸ ῥόζον κατὰ τὸ ῥόζον* *ἡνὶ τῷ ἔθνει τῶν ἀνθρώπων τὸν ἀνθρώπου*. Profert fructum magnitudine nucis ponticae, reperitur
& fabae aequalis. Sed Cat. primo loco habet *κατὰ τὸ ῥόζον* simpliciter: secundo vero *κατὰ τὸ ῥόζον*. e Conclufa desunt in meo, sed Catacuz. ha-
bet. d Cat. addit, *τὸ δὲ ῥόζον τὸ ἴδιον* *τὸν ἀνθρώπου*. i. ramenta vero ligni devorata interficiunt: quin etiam addit alterum caput de Juni-
pero majore, hunc in modum *ἡνὶ τῷ ἔθνει τῶν ἀνθρώπων τὸν ἀνθρώπου* *ἡνὶ τῷ ἔθνει τῶν ἀνθρώπων τὸν ἀνθρώπου*. Juniperus magna quae
& Cupressus sylvestris & tinelitheos dicitur, Romanis Juniperus, plurimis cognita, similis est cupresso. Nascitur plerumque alpetis & mari-
tis locis. Eisdem habet vires cum praedita.

60 R eperiuntur Graci Dioscoridis codices (ut etiam adnotatum reliquit Marcellus) in quibus Juniperi caput prorsus de-
pravatum legitur, quibusdam additis, quae Dioscoridis doctrinam minimè sapiunt. Siquidem nec Galenum, nec Pau-
lum Aeginetam, minuscq; Serapionem, qui tamen verbotenus Dioscoridis scripta per capita singula refert, illud usquam
posteritatis memoria prodidisse constat, quod scilicet ramenta ligni Juniperi epota homines perdant, praesertim cum ejus
baccæ contra serpentium ictus efficacissime devorentur: bibaturq; ac illinatur foliorum expressus succus ad vipe-
ratarum

Adami
Lonic
lapius
circa lo-
cum na-
talem cu-
pressi.

Cupres-
sina resi-
na.
Conorū
usus.


Cupres-
sus pusil-
la.

Santoli-
na.
Cupressi
vires ex
Gal.

Antiquus co-
dex ha-
bet *κατὰ τὸ ῥόζον*
A' *κατὰ τὸ ῥόζον*
capit.
A' *κατὰ τὸ ῥόζον*
in multis
antiquis
codicib.
reperitur.
b Meum

JUNIPERUS.

JUNIPERUS MAJOR.



Juniperus
Dioscoridi
Cedrus
Theophrasti
non est.
Juniperus
duplex.

Juniperi
lignum
ad cen-
tenarios
perdurat.
Guttm
Juniperi
leu Verni-
x.
Sandaracham
Grecorum
Sandaracham
Arabum.

Guttm
Juniperi
ulsi.
Vernix
liepidus
& siccus.

Sandaracha
alia
Eintia
peim
ci-
bi.

rarum morsus. Adde etiam quod facto periculo id omnino falsum esse deprehendatur. Quare non modo non credendum, sed ne cogitandum quidem, ejusmodi ineptias à Dioscoride scriptas: quin potius illi adscriptas esse existimandum. Siquidem cum Oribasius, qui plantarum historias perquam diligenter ex Dioscoride transcribit, Juniperi historiam pratermittat, id quidem manifestè indicat hac omnia esse Dioscoridi adulterina. Nam scripsisse Dioscoridem, majoris Juniperi fructum haberi nuci juglandis magnitudine, alterius verò nucem ponticam aquare, nihil est quod me adducat ad credendum, & præsertim cum de re hac tam variae sint lectiones. His ergo rationibus adductus, non temere partem illam, utpote additiciam, ex hoc capite refecandam duxi. Sed non desunt recentiorum quidam, qui ut novi aliquid in medium asferre videantur, Dioscoridis Juniperum contendunt, nil aliud esse quam Theophrasti cedrum, & erroris in hoc Dioscoridem accusant. Sed ut potius videntur somnia describere quam vera, ut facile cuiusque palam fiet, qui diligenter Theophrastum perlegerit. 40
Habet enim is duo cedri genera, alterum lycium, alterum Phœnicium, de quibus in Junipero nihil meminit Dioscorides. Sed majorem & minorem Juniperum describit: non lycium & Phœnicium ex Theophrasto, ut novi hi censores somniavere. Major, & minor Juniperi species in pluribus Italia locis reperitur. Tuscia urbanas alit, quæ in proceram arborem assurgunt visunturq; hæc frequentes in agro nostro Senensi: quarum fructus sylvestribus & crassior, & dulcior habetur. Folio utraq; est aculeato, longiusculo, coronarii Rosmarini effigie, angustiore ramæ. Ligni materies dura, compactaq; ac odorata, ad centenarios annos incorrupta perdurat: proinde jussit Hannibal (ut Plinius tradidit lib. 15. cap. 40.) templum Diana Ephesiæ Juniperi trabibus extrui, quod per multas ætates esset duraturum. Igitur mirari non licet, si chymista asseverant, carbonem Juniperinum accensum, & suo cinere obrutum ignem integro anno fovere. Baccas edit cæruleas copiosas, erri magnitudine, odore haud ingrato. Profert ex se Juniperus gummi masticha simile, quod & Sandaracham, & Vernicem appellant. Hoc primum cum metitur, candido splendet colore, senescens verò in rufum abit. Porro haud ignorandum est, hanc 50
Arabum sandaracham à Dioscoridis sandaracha perquam longe distidere. Namq; Grecis sandaracha est fossilis ad arsenici, sive auripigmenti genera referenda, erodens, & exitiale medicamentum, ut amplius in quinto libro. Deo duce, dicemus. Verum hæc sandaracha nomenclatio in gummi Juniperi invecita fuit à medicis, qui Mauritanos secuti sandaracha Arabicum nomen (sic enim Arabes Juniperi gummi vocant) in sandaracham converterunt. Quamobrem illud adnotandum esse videtur, quod ubi Arabes sandaracham medicamentis inferendâ esse præcipiunt, gummi Juniperi immiscendum intelligunt: ubi verò à Grecis de sandaracha sit mentio fossilis illa rufa, & auripigmento similis, est intelligenda. Non desunt tamen qui velint Mauritanorum Sandaracham non esse gummi Juniperi, sed Oxycedri. Quorum equidem judicio ausim facile subscribere: etenim pauci admodum sunt, qui non putent oxycedrum esse Juniperum majorem: adeo ut pleriq; vulgarium illam ab hac nesciant distinguere. Tradit Plinius libro decimo tertio, capite undecimo plura gummi genera, ubi gummi Juniperinum ad nihil esse utile scribit. Cujus tamen frequens usus in medicamentis contrarium indicat. Quippe hoc syncero, 60
& oleo ex lini semine presso sit vernix liquidus: cujus est usus ad illustrandas picturas & ad nitorem ferri conciliandum: utilis etiam annuum ad ambusta, & præcipuus ad dolores, & tumores hæmorrhoidum. Siccus vernix, hoc est gummi Juniperi (ut auctor est Serapio) suffusus aut aspersus destillationes suspendit: haustus mensium profluvia sistit, sinus exicat immixtus, haustus verò pituitam, quæ ventriculo, & intestinis hæserit: tineas & cætera ventris animalia necat. Nervorum resolutionibus, quæ humores frigidi contraxerint, opitulatur. Capitis destillationes suffitu discutit. Idè exceptus sanguinis excretionem supprimit, & hæmorrhoidas fluentes illitus. Addito tum rosaceo, tum myrtino sedis rimæ coërcet, & hiantibus frigore manuum, pedumq; scissuris illitu succurrit. In summa calfacit, & siccit primo recessu. Sandarachæ igni admotæ fumus dentium dolores mulcet, ubi per infundibulum ad affectum dentem pervenerit: ejusdem pulvis ovi albo subactus, & fronti temporibusq; illitus sanguinem è naribus fluentem sistit. Est & Sandarachæ cera gnosi mellis genus apud Plin. qui de ea lib. xi. cap. vii. ita

vii. ita scribit. Præter hæc convehitur Eriothæ, quam alii sandaracham, alii carinthum vocant. Hic erit apum, dum operantur, cibus, qui sæpe invenitur in savorum inanitatibus sepositus: & ipse amari saporis, gignitur rore verno: hæcenus Plinius: de hac ante ipsum meminit etiam Aristoteles lib. ix. cap. xi. de historia animalium, Apes inquiens recondunt alterum quoque cibarii genus cui durities, cera proxima, quod sandaracham nonnulli appellant. Caterum oleum, quod ex Juniperi materie (ut chymistæ dicunt) per descensorium duobus adversis fistilibus, tum pariter vitreis instrumentis elicitur, calidum ore contentum dentium dolores mirifice mulcet, si tamen frigida defluxione afficiantur. Fit ex bacca hoc longè præstantius, odore perquam jucundo: foliorum & baccarum Juniperi decoctum potum valentissimè pellit menses & urinas. Decoquantur quoque juniperina bacca ex vino albo prius confracta, unà cum rosis, cupressi pilulis, & myrti foliis, utilissimè ad dentium dolores. Siquidem hoc decocto calido in ore contento facile juvantur affecti, & præsertim addito aqua vitæ momento, atque ubi dolor modum excesserit, addito etiam philonis antidoto. Lixivium ex vino albo, & juniperino cinere paratum, unciarum quatuor aut quinque pondere potum, valentissimè pellit urinam ita ut nonnullos viderim hydropicos hoc tantum auxilio sanatos. Item scabiem sanat ubi eo affecti sese profundant. Paratur ex juniperino ligno balneum admirabilis facultatis ad podagricos, hoc modo. Sumito ligni juniperini concisi lib. xii. coquito in aqua in cortina magna, quousque tertia tantum pars supersit: deinde decoctum unà cum ligno in labrum projicito. In hoc ubi descenderit ager, se deat umbilicotenus, & membra languida foveat: atqui hunc præpuratum esse oportet. Hoc enim balneo nonnullos podagricos in Bohemia vidimus in lectulo jacentes, perpetuè dolore vexatos, qui adeo revaluerunt, ut expeditiores facti, ad negotia redierint, quoquo libet ambulantes. Juniperi & lauri cujusque septena bacca, addita cassia lignea vulgaris semi drachma, & Cinnamomi drachma, si in Turturii ventrem integra omnia conjiciantur, & Turtur deinde assatus, & galinaceo adipe perfusus, mulieri propediem paritura, vesperi alterius diebus, devorandus præbeatur, prægnans facillimè parpera fiet. Juniperi meminit Gal. lib. vi. simpl. medic. sic inquiens. Juniperus, calida & sicca utrinque tertii ordinis. At fructus similiter quidem calidus est, sed non similiter siccus, verum in hoc primi fuerit ordinis. Attenuat, aperit, digerit, resolvit, adstringit, roborat. Arbor Græca voce ἀγνώστis dicta, Latine Juniperus appellatur: Mauritanica, Arconas, aut Archenas: Italica, Ginepro: Germanica, Wachholster & Krametbaum: Hispanica, Enebro: Gallica, Geneure: Bohemica Jalouvec. Ejus autem gummi Græci vocant νέμου ἀγνώστου: Latini, Gummi Juniperi: Mauritanici, Sandarax: Itali, Gomma di Ginepro: Germani, Birnes: Hispani, Verniz: Galli, Vernix.

Sandara-
cha Ari-
stotelis.
Oleum
Juniperi.

Balneum
ad Podag-
ricos.
Pulchrū
experi-
mentum.

Juniperi
vires ex
Galeno.
Nomina.

Juniperus cum resinam fundat mastichi per similem, inter resiniferas, at bacciferas, non autem coniferas connumerari potest. Græcis ἀγνώστis παρὰ τὸ τῆς ἀγῶνς φύσεως, quod ejus odorem omnia reptilia ad- versentur: vel ἀγῶν τὰς ἀνθρώπων νοσημάτων. Juniperus verò, quod juniores & novos fructus pariat antiquis maturefcentibus, ut qui pariat usque ad tertium annum, arbori suæ in hærente fructu. Florere Theophrastus & Plinius meminere, succedunt fructus ἀγνώστου seu baccæ, officinis Grana Juniperi, quibus semen inclusum est. Juniperum distinguimus in minorem & majorem. Minorem alium vulgatum, alium alpinum: vulgatus duplex, fructu vel majore, vel minore, quod videtur ratione fruticis evenire, si quidem humilis baccas majores, arborescens minores ferat: quod & a Gesnero libro de hortis, annotatum fuit: sic & aliæ baccæ observantur rotundæ, aliæ acuminatæ & oblongæ. De alpino seu minimo, qui cubitalem non excedit altitudinem, vide Gesnerum, & Clusium hist. Pan. alibi de eo dicturi. Majoris Juniperi nomine tres ostenduntur plantæ, utpote ea quam Cedrum phœniceam auctor vocat: dein altera quam pro Cedro Lycia auctoris posuimus: tum ea cujus figuram adjecimus. Et licet omnibus tribus hoc nomen tribui possit, ut in universali ostendatur historia, hic tamen de tertia fermo, cum Dioscoridis major sit Juniperus, aut saltem congener, quam Juniperum majorem bacca cærulea appellamus: Lobelus, Juniperi Maximi Illyrici: Lugdunensis historia Juniperi majoris: Tabernæmontanus Juniperi majoris Illyricæ nomine proposuere.

Βαλνυσ.

SABINA.

CAP. LXXXVIII.

Sabina duorum generum est. Una foliis cupressi similis, spinis horridior, a [graviter olens,] acris & fervens: b arbor est coactæ brevitatis, quæ sese magis in latitudinem fundit: hujus foliis nonnulli pro suffitu utuntur. Altera tamaricis folio similis est. Utriusque folia nomasistunt, collectiones illitu mitigant: quin & cum melle illita nigras, sordesque repurgant, & carbunculos rumpunt: cum vino pota sanguinem per urinam eliciunt: partus apposita extrahunt, & suffitu idem præstant. Unguentis calfacientibus immiscantur, & privatim & gleucino.

est autem arbor robusta. Sed Catechuz. καλὸς δὲ τὸ εὐχρηστέος. i. est autem arbor utilis. 6. In gleucini compositione apud Dioscoridem nulla sit sabinæ mentio.

a Baryon-
masticos,
gravius
olens O-
rib. legit,
b Meum
ἀγῶν δὲ
τὸ εὐχρηστέος,
id est,

Sabina, planta est densa in latitudinem potius, quam in longitudinem sese diffundens: ramos edit flexiles, & fractu con- rumaces, foliis squamisve circumquaque vestitos. Duum est generum, alterum quidem frugiferum, alterum sterile. Sterilis, vulgaris est notitia: Folius exit hæc cupressi ferè similibus, sed acuto, pungentiq. acumine graviter olentibus, acri- bus, servantibusq. Nascitur in apricis, & feritur quoque in hortis & viridariis. Fructifera etsi non adeo vulgaris in Italia vi- situr, in Germania tamen frequens reperitur, sponte proveniens, folio tamaricis, crassiore tamen, minime aculeato, nec adeo ut alterius, graviter olente, acrisq. Dissert hæc quoque baccarum colore, quæ in altera rubentes, in altera cærulea spectantur, sed odore, saporeq. similes. Seritur in apricis & collibus, in hortis & viridariis, ac etiam sponte per se provenit. Caterum non desunt imperiti, qui pro Sabina quandam herbam dodrantalem sumunt, quæ quibusdam in montibus plurima nascitur, folio tamaricis, licet nec odore, nec sapore sabinam referat. Hanc sapius existimavi esse Selaginem à Plinio lib. xxiii. cap. xi. commemoratam: namq. inibi selaginem esse affirmavit, sabinæ similem. Olim selaginem contra omnem perniciem habendam prodidit Druidæ Gallorum, & contra omnia oculorum vitia suffitam prodesse. At tanta extitit tunc temporis superstitio magorumq. vanitas, veluti & hoc ævo apud plerasq. gentium turbas visitur, ut ii nunquam ad selaginem legendam accederent, nisi prius Diis sacra fecissent: quin & eam invalidā omnino censebāt, nisi dextra manu, & nudis pedib. legeretur. Caterum non desunt qui bacciferā sabinā, band sabinā esse contendunt, hoc, ni fallor, argument o, quod hæc bac- ca proferat, quarū in sua Diose. nō meminit. Unde factū est, ut quidā putaverint, eā majore juniperū esse, alii verò thuiā, quam Theophr. memoria prodidit li. & c. v. de hist. plant. Verum utriq. meo judicio in errore versantur: illi quidē quod hæc plantæ nam.

Sabinæ
confide-
ratio.

Herba
quæ pro
Sabina
exhibe-
tur. Sela-
go Plinii.
Opinio-
nes quo-
rundam
reproba-
tæ, qui
bacciferā
Sabinam
negant
esse Sabi-
plantæ nam.

planta nec folio, nec flore, neq. fructu, non materie, non odore, neq. sapore, non ceteris deniq. notis juniperum referat: bi verò, quòd thuia, ut est auctor Theophrastus, nascatur apud Ammonis delubrum. atq. in Cyrenensi agro, forma cupresso similis cum ramis, tum foliis, candice, fructuq. vel potius cu cupressus sylvestris: praterea quòd, ut idem scribit, thuia materies omnino incorrupta perduret, nihil ejus radice crassius sit, atq. simulachra ex ea antiqui sculperet sint soliti, quemadmodum ex cupresso, loto, & buxo. Hac autem arbor conos seu galbulos non fert cupressi modo, sed baccas: caudice non attolitur longo, sed eo brevi contenta est: materie non constat incorrupta solidaq., sed caduca & fungosa: non ut thuia peculiaribus locis gaudet, sed ubiq. ferè locorum nascitur: ut hinc majus atq. evidentius discrimen in iis plantis appareat, quàm ut illorum error, qui eas unam faciunt thuiam, pluribus explodi mereatur. Ideoq. nostris antagonistis mihi astipulandum non est, quòd nostris respondeant argumentis, sed frivolus admodum nitantur conjecturis, ubi bacciferam sabinam Thuiam facere nituntur. Sed dicant, si sapiunt, quomodo & quo pacto Thuia ex Mauritania evolaverit in Germaniam, ubi in Tyrolensi comitatu plurima baccifera sabinā provenit. Hac profectò omnia sunt, sapientium indigna-

SABINA BACCIFERA.

III. MUSCVS TERRESTRIS
clavatus alter.

Bellonii
opinio
absurda
circa Sa-
binā bac-
ciferam.

Bruta Pl.
nii.

rio, risus posteritatis. Sed certè relinquitur, ut miremur eos, qui stirpem hanc, quam depictam exhibemus veram Sabinam esse inficiantur, cum nullus careat notis ex iis, quas illi Dioscorides reddidit. At qui illud nobis obijciunt, quòd Dioscorides in describenda Sabina nullam baccarum mentionem fecerit: id mehercule, quòd legatur, non fecit. Sed quid dicent ii, si in quamplurimis plantis ex iis etiam, quæ ab omnibus legitima habentur, plures notæ, & ea quidem præcipua, nonnunquam desiderentur? quas nimirum Dioscoridem omisisse credendum est, vel quòd planta ea essent aliqui vulgo cognita, vel quòd omnes earum partes non sat exploratas haberet, vel alias ob causas, quas prosequi non est hic locus: quarum omnium aliqua facile potuit esse, cur Sabina baccas non adnotas reliquerit. Addam & id fortasse ex eo evenisse, quòd Sabina frequentior sterilis occurrat, quàm fructifera. At qui fructum proferre Sabinam testatur apertissimè Avicenna, illum ad aurium furditatem præferens, & ad menses ducendos. Ex iis igitur meritis colligendum esse arbitror: hanc nostram Sabinam esse legitimā, ut quæ non solum notis Dioscoridis delineationi pulchrè respondeat, sed etiam facultatibus. Porro Petrus Bellonius de arboribus coniferis differens, iis ineptè satis, meo quidem iudicio, Sabinam admiscet, atq. in ea describenda quam secundo loco ponit Dioscorides, mihi non parum hallucinatus deprehenditur, quòd constanter affirmaverit se vidisse frequentissimum hoc Sabina genus in Amano & Olympo Phrygia montibus tota facie Juniperum majorem referens, magnitudine amygdala arboris majoris, foliis cupresso per omnia similibus, baccis per maturitatem in caruleo nigricantibus, & caudice resinam ferente. Etenim Dioscorides non tradit quæ sit hujus plantæ facies, & quæ magnitudo, sed etiam in foliis tantum à priori variare scriptum reliquit. Quòd non alia de causa auctorem hunc fecisse reor, quàm quòd sciret nullum utriusq. esse in reliquis notis discrimen. Quare quòd alterum Sabina genus tota facie juniperum majorem referat, magnitudine amygdalum arborem æquet, cupressum foliis prorsus amuletur, & ex caudice resinam fundat, ut Bellonius suum depingit, mihi quidem planè absurdum videtur. Sed quòd rem hanc turpiter confuderit Bellonius, relex eo manifestum esse puto, quòd quam plantam nunc Dioscoridis alteram Sabinam asserit, eandem paulò post arborem illam constituit, quam Plinius libro duodecimo, capite decimo septimo Brutam appellat, quasi Plinius non meminisset utriusque Sabinæ libro vigesimo quarto capite undecimo. Tantum quidam suis peragrationsibus tribuendum esse putant, ut eos non pudeat sapè absurda, & fabulosa, & quæ cum summis & probatissimis authoribus pugnent, narrare ac scriptis tradere, ut novus alius quidam impostor facere solet. Neq. certè id propterea dico, quòd peregrinationes damnum, quas semper, Galeni exemplo, utilissimas duxi ad legitima simplicia medicamenta cognoscenda. Sed optarem, ut ii, qui multas regiones peragraverunt, illa tantum in medium proferrent, quæ essent rationi, & veritati consona, & veterum scriptorum auctori-

tate com-

rate comprobata. Quod si à Bellonio, qui tot terras se peragrasse profetur, factum esset, nimirum eas laudes jure sibi comparasset, quare medica inquisitionibus maximè debentur. Atq; hac obiter dicta sint. Quod autem idem Bellonius primum Sabina genus eam arborem suspiceretur, quam Theophrastus thujam nominat, non miror: nam & alii idem sentiunt. Verùm quandoquidem hanc opinionem superius abunde (ni fallor) improbamus, ideo hic non est ut plura addamus, atq; idem repetere supervacuum esset. Sabina sterilis, non adeò multum differt à baccifera, verùm tum acrior est, tum quoq; graveolentior. Excalscit & siccatur tamen valentius. Digerit, resolvit, aperit, abstergit, provocat, & parumper adstringit. Præstat foliorum sabinae pulvis cum adipe vaccini lactis mistus, magno juvamento ad manantia infantium capitis ulcera: quin etiam incensa fumus gallinarum puitam excutit, & gravedinem. Idem drachma pondere ex butyri uncia tribus, & binis mellis sumptis mirificè asthmaticos juvat. Dantur quoq; magno auxilio bina succi sabinae drachma, additis ternis scrupulis Chrysocolle fositia, & vini albi uncia, agrè parturientibus: verùm dari non debet, nisi in maximis difficultatibus. Reliquum igitur est, ut Sabinae suas vires reddamus, de quibus Galenus libr. vi. simplicium medicamentorum differuit iis verbis. Sabina ex numero est fortiter exiccantium, idq; secundum tres qualitates, quas ingustu præ se fert, similiter cupresso, nisi quod ea & acrior est, & ut sic dixerim, magis aromatica, seu odorator. Igitur hujus, quam modo dixi, qualitatis est particeps, nam acrimonia consistentis in temperamento calido, præterea amaritudinis, & adstrictionis obscurioris, quàm in cupresso. Siquidem quanto magis acrimonia superat, tanto etiam potentius digerit. Itaq; glutinare nequit ob siccitatis, & caliditatis robur: nam utriusq; illi tantum inest, ut etiam tendat, & inflammationem afferat. At putredinibus similiter cupresso accommodari potest, maxime ubi rebelliores fuerint, & diuturniores, nam hæc citra noxam vim medicamenti perferunt. Quin & quæ atra sunt reddita, & admodum sordida, ea cum melle expurgat: carbunculos item solvit. Porro essentia tenuitate menses quoq; provocat, ut si quid aliud, & sanguinem per urinas movet, factum etiam viventem interficit, & mortuum ejicit. Esto autem hoc medicamen tertii ordinis tum exco-

Sabinae vires.

Sabinae vires ex Galeno.

urinas movet, factum etiam viventem interficit, & mortuum ejicit. Esto autem hoc medicamen tertii ordinis tum exco-

Sabina Romanis dicta à regione, in qua multum nasceretur, quæ duplex: altera vulgatio folio Tamarisci: altera folio Cupressi: in hoc tamen conveniunt, quod immortali coma vireant, & utraq; baccas ferat nigras Juniperinis similes: nulla enim est, quæ sterilis omnino sit, licet ea quæ furculis feritur rarius fructum proferat. I. Sabina ergo primam Dioscoridis, sabina folio cupressi vocamus, Sabina major Gef. Sabina altera Dodo. sabina fructifera, Cast. Genuina sabina baccifera atrocærulea. Lob. Sabina folio cupressi simili, Cord. in Diosc. Sabina cupresso similis, Lugd. Sabina baccifera, Cam. favina: fœmina major, Tab. II. Sabina folio Tamarisci, C. B. Sabina, Brunf. Fuch. Dod. Sabina sterilis, Cast. Sabina vulgatio, Lob. Sabina minor, Gef. hort. ap. favina Lon. favina mas, Lob. Sabina Tamarici similis, Lugd. III. Meminit Matthioli herbæ quæ pro Sabina exhibetur, idcirco ejus iconem adjecimus, dicitur autem Muscus terrestris clavatus alter, qui toto genere à sabina differt. C. B. favina sylvestris, Trag. (cui & selago) Lon. Gef. Muscus terrestris tertius, Lugd. favina Tragi sylvestris seu selago Pliniana, Thallio: Chamæcyparissus, Turnero & Tabernæmontano. Sed de hoc musco alibi.

Catag.

Κύδων

δένδρον ἰσὶ

μύρα. ἢ

ἢ ἢ λυγ-

μύρα κα-

θρία συνά-

γεται.

Καπὸν δ'

ἔχει ὡς

πρὸς κυ-

παρίσσει

μακρότε-

ρον μὲν

ὡς ὡς πρὸς

λὺ. λὺγα-

τοι δὲ καὶ

ἄλλῃ κα-

θρία μικρὰ

ἀκροτάτης

ὡς πρὸς ἁρ-

μύρα.

Φίρεται

καρπὸν

μύρα.

μύρα πρὸς

εὐφρασίᾳ. i.

Cedrus

arbor

magna

est, ex

qua ce-

dria col-

ligitur,

fructum

prodeit

velut cu-

pressus

majorem

tamen ut

plurimū,

Reperi-

tur & ali-

bi cedrus

parva ac-

culeata,

instar Ju-

niperi, fe-

rens fru-

ctū ma-

gnitudi-

ne myrti

rotundū.

Cedri hi-

storia Di-

oscoridi

restituta,

Κεδρὸν.

CEDRUS.

CAP. LXXXIX.

40

Cedrus arbor magna est, ex qua picem colligunt, quæ cedria vocatur. Juniperi modo baccas parit, baccarū myrti magnitudine, rotundas. Cedria optima est crassa, perlucida, gravis odoris quæ dū effunditur, guttatim nō dissipata coit. Cui ea vis inest, ut defuncta corpora cōservet, & viva corrūpat: quæ ex causa mortuorū vitam aliqui eam appellaverunt. Vestimenta quoq; & pelles eximia calfaciendi & siccandi dote, corrumpit: magni ad ocularia medicamenti usus: quippe illita oculis claritatem affert, albugines cicatricesq; detergit: instillata autē cum aceto vermes aurium necat: cū hyslopi decocto infusa, sonitum sibilosq; sedat. cavis dentiū indita eos frangit, & dolores levat: idem facit cum ex aceto colluitur: peruncto ante coitum genitali, concipiendi vim adimit: anginae ea perungitur, tonsillarum inflammationibus auxilio est: lentes, pediculosq; illitu enecat: cerastæ moribus cū sale imposita subvenit: cōtra hausta leporis marini venena in passo sumpta, auxiliatur: in elephantia aut linctū, aut perunctione proficit: pulmonum ulcera purgat, & si cyathus ejus absorbeat, per sanat: vermes, & tineas subter indita necat. & partus extrahit. Fit & oleum à cedria separatim dum coquitur, velleribus supra halitum ejus expansis, ut in picce. Eiusdem ad omnia usus: privatim vehementer perunctum, scabiem quadrupedum, canum, boumq; per sanat: iisq; inhaerentes ricinos enecat, & ulcera, quæ ex tonsura acceperunt, ad cicatrices perducit. Cedrides cedri fructus vocantur. Calfactoria vim habent: stomacho adversantur: auxilio sunt tussi, convulsis, ruptis, stranguis: menses ciunt ex polline piperis pori: contra haustum leporem marinum in vino fumuntur: serpentes fugantur, peruncto ex adipe cervino, aut medulla, corpore. In antidota adduntur. Fuliginem, quo modo ex picce, congeri oportet: quæ eandem, quam picea fuligo, vim præbet.

60 Fecit depravata Dioscoridis lectio, & scriptorum negligentia, ut non solum is author multis in locis à recentioribus erroris reprehendatur, sed ut rei herbaria indagatoribus multum accesserit negotii in agnoscendis, demonstrandisq; ipsius Dioscoridi plantis. Id, quod in Cedro accidisse videmus, cū non desint recentiores, qui in describenda majori Cedro toto cælo aberrasse Dioscoridem dicant: quippe qui scripserit magnam baccas edere juniperi modo rotundas, baccarum myrti magnitudine. Hoc idem nobis quoq; magnum facesset negotium, donec clarissimus vir Augerius Busbeke Flander qui septem annis, Caesaris Ferdinandi, apud Turcarum Imperatorem, oratorem egit, ad nos rediit. Siquidem is antiquum Dioscoridis exemplar habuit ab Antonio Catacuzeno Constantinopolitano viro optimo acceptum, cujus testimonio mihi jam compertum est, ne minimum quidem unguem in describenda Cedri historia à scopo aberrasse Dioscoridem. Id quod do-

ctissimo Augerio universa posteritas referet acceptum. Exemplar enim illud sic habet νέος δένδρον ἰσὶ μύρα ἢ λυγμύρα συνάγεται. καρπὸν δὲ ἔχει ὡς πρὸς κυπαρίσσει μακρότερον μὲν παρὰ πολλόν, λὺγατοι δὲ καὶ ἄλλῃ καθρία μικρὰ ἀκροτάτης ὡς πρὸς ἁρμύρα. Φίρεται καρπὸν μύρα. μύρα πρὸς εὐφρασίᾳ. Id est, Cedrus arbor magna est, ex qua cedria col-


L

ligitur,

I. CEDRUS



II. CEDRUS PHOENICIA.



Cedri
duo ge-
nera The-
ophrast.
& Plinio.
Cedri
majoris
historia.

Cedri
duplex
resina.

Cedri
minoris
genera.

Cedrus
Phoenicia

ligitur, fructum producit velut Cupressus, majorem tamen ut plurimum. Reperitur, & alibi Cedrus parva, aculeata instar Juniperi, ferens fructum magnitudine myrti, rotundum. Quibus manifestè palam est, utriusque cedri historiam rectè scripsisse Dioscoridem, quem admodum Theophrastus, & Plinius, qui majoris cedri duo genera facit lib. xiii. cap. v. ubi ita scribit. Et majoris cedri duo genera: quæ floret, fructum non fert: fructifera non floret, & in ea antecedentem fructum occupat novus, semen ejus cupresso simile. Quidam cedrelaten vocant. Ex hac resina laudatissima, materia verò ipsi æternitas: itaq; & simulachra deorum ex ea facta verunt. Et libro xxiv. cap. v. idem inquit. Cedrus magna, quam cedrelaten vocant, dat picem, quæ cedria vocatur: hæcenus Plinius. Qui fortasse non ineptè magnam cedrum cedrelaten appellavit, quoniam cedri arbores, quæ in monte Libano proveniunt (ut mihi retulerunt amici, qui universam fere Syriam peragravit) tota facie abiete referunt. Abies autem Græcis ἰσχυρὸν dicitur: unde cedrelate poterit cedrabies Latine reddi. Arbor hæc (ut iidem mihi narrarunt) adeo magna & procera est, ut nusquam arborem se vidisse affirmant, quæ cedrelaten magnitudine excellat. Cortice vestitur lavi & glabro, ea parte excepta, quæ à terra ad primos usq; ramos attollitur: hæc enim aspera cernitur: corticis color est ceu loti arboris. Rami ab imo usq; ad cacumen ferè in rotam modum per intervalla caudicem cingunt, & spatiantur: qui tantò minores visuntur, quantò superius erumpunt: hinc est, quod eminè inspecta arbor pyramidis faciem repræsentat. Folia illi capillata assignant, veluti larici, vel pino, breviora tamen, & minime aculeata: id quod etiam testatur Plinius lib. xvi. cap. xxiv. Conos profert piceis æmulos, verum breviores, crassiores, duriores, & vegetiores, ut ex ejus imagine quispiam videre potest, pediculo pertinaciter inhaerentes: in quibus semen includitur cupresso simile, ut Plinius tradit. Caudex resinam fundit albam, & liquidam: sed tractu temporis, solis fervore in grammas concrevit. Sunt qui asserant, hanc cedrum duplicem resinam ferre, atq; alteram intra corticem vomice modo coacervari, ut abiegna lacrymam in abiete orti superius diximus: alteram verò extra corticem emanare: utraq; ab arbore cedriam nominant. Hæc sunt, quæ de magna cedro à peregrinis accepi. Porro Cedrus cor habet durissimum ac odoratum, colore perinde rubens, atq; larignum. Totæ cedri materies durissima: quam ob causam credidere majores, eam neq; cariem, neq; vetustatem sentire, sed æternam esse. Quæ etiam num ratione ductus Salomon Hebræorum rex, Dei optimi maximi templum Hierosolymis ex cedri materie extruendum curavit. Ex ea quoq; præcisi simulachra factarunt, existimantes tantam illi inesse diuturnitatem quam marmoris, aut metallicis. Cedri materie optima navigiis non modo extruendis, sed & palatiorum, & arcium fabricis conveniens: quippe quoniam incorrupta quasi in perpetuum perdurat. Cedrus saxosis & frigidis locis gaudet, & montes amat præ cæteris tractibus. Perpetua coma viret, quæ si castratur, decacuminata demoritur, nec unquam inde regerminat, ut pote & cupressus, pinus, larix, & aliarum plures. In Aegypto ac Syria (ut Theophrastus & Plinius narrant) reges inopia abietis cedro ad classes feruntur usi. Maxima ea in Cypro traditur ad undecimem Demetrii succisa, centum triginta pedum longitudinis, crassitudinis verò ad trium hominum complexum. Cedri hujusce majoris ramum unum cum fructu à Libano monte allatum, cujus hic imaginem damus, misit ad me Verona Franciscus Calceolarius pharmacopæus, ad Auream Campaniam, vir quidem rei plantaria studiosissimus: à cujus icone edocti, qui medicamateriam colunt, facile intelligunt, quam magno ducantur errore, qui nostratè laricem Cedrum hanc magnam esse contendunt. Cæterum minoris Cedri binæ item species sunt (ut prædicti authores testantur) Lycia, & Phœnicia, juniperi similitudine: differunt folio, nam Phœnicia folium habet juniperi, durum, spinosum, acutum, & ob id oxycedros appellatur. Lycia verò folio constat longè minore frequentiore, longè minus aculeato, ut ita juniperum parvam quadantenus referat. Eadem si digitis attendantur, non insuavem spirant odorem: talis enim habetur, qualis ferè in pineorum strobilis percipitur, cortice caudex obducitur subrubro, & ramos emittit lentos vitilium instar: utraq; omni tempore fructum gerit: verum in oxycedro major & Phœnicia pulchrior spectatur, quadruplo majorib; colore aureo rufescente, sapore dulci, esui haud ingrato. Lycia baccas gerit alterius mino-

minores, rubentesq; amaro sapore, odore non ingrato. Phœnicia cedrus frequentissima nascitur in Istria, atq; etiam in nonnullis Fapidia locis, Junipero admodum similis, nec nisi fructu differens, majore, rubente, ac dulci: quo tamen eam incolæ à Junipero nesciunt secernere. At cum ipse oxycedri ramusculos essem donatus à Georgio Respingero primario provincia Carniolæ medico, qui illum ex Pefino Istria oppido secum attulerat, rubentibus bacculis undiq; refertum, eaq; in memoria haberem, quæ apud Theophrasti, Galenum, ac veteres alios legeram, mihi quidem fructum intuenti statim inclinavit animus, hanc plantam minorem esse cedrum. Etenim (ut memorant stirpium scriptores tum veteres, tum recentiores) difficile esset dignoscere oxycedrum à Junipero, nisi huic caruleum pumiliusq; illi verò flavus rubensve, ac grandior fructus inesset. Eam igitur plantam, quam in Istria nati diximus, & cuius hic effigiem damus, non majoris cedri genus ullum, sed minoris speciem esse censuimus, nimirum Phœniciam, quæ & oxycedros vocatur. De Lycia autem ce-

Cedrus
Lycia.

III. CEDRUS LYCIA.

IV. ARBOR VITÆ.



dro quid sentirem, vel quam plantam pro ea in medium proferrem, hactenus non habui, ut quæ mihi planè incomperta esset: sed hoc anno, dum Præge Bohemorum ego, plantam mihi ostendit Adamus Leonorus spectatæ doctrinæ, & magnæ spei juvenis, ex quibusdam Moravia montibus à quodam vulgari herbario pro Sabina allatam. Ut autem ille hanc veram Cedrum Lyciam adinvenit, & pro ea mihi demonstravit, ita mihi ejus cognitionem illi acceptam referre jucundum est: atq; ideo ipsam picturam, quam hic damus, exprimere curavi. Hujus plantæ folia si digitis atterantur, suavissimum spirant odorem, illi quæ ad antennis similem, qui in pinorum strobilis percipitur. Ea baccas profert, longe tamen minores quam altera, quæ in ramusculorum tantum cacuminibus prodeunt: hæ non secus ac illa primo exortu virent, mox flavescent, deniq; rubent ubi plene maturaverint: saporem habent subamarum, atq; non obscure odorata sentiuntur. Manat ab arbore magni cedri (ut supra dictum est) etiam resina, quæ proprie Cedria dicitur, utilis ad multos in medicina usus. Sed hanc ad nos non adferunt Cyprii, neq; mercatores, qui ex Syria mercimonia convehunt: tamen si regiones illæ plurimæ (ut ajunt) cedris majoribus scatant. Petrus Bellonius lib. iii. de medicato funere, item libro de coniferis arboribus, putat non modò cedrum Cedriam fundere, sed & picam, tædam, laricem, cupressum, juniperum & betulam. Quinetiam idem suis male excogitatis cedris eas omnes facultates assignavit, quas Dioscorides, Galenus, & alii quam plurimi auctores cedria duntaxat reddiderunt: adeo ut magno ac ridendo errore dixerit, suas hæc cedrias defuncta corpora conservare, quem admodum ea conservat legitima cedria: quasi idem quoq; vellet, quòd picea, pinus, larix, cupressus, juniperus, & betula nulli prorsus inter se facultatibus differant. Neq; certe alia videtur mihi auctoritate vel ratione ductus, ut in hanc riverit sententiam, quam hæc, quòd scripserit Plinius lib. xvi. cap. xi. picem in Syria cedrium vocari. Sed quòd Bellonius maxime hallucinetur, utpote qui Plinium non rectè intellexerit, ex verbis Plinii, quæ modo subjiciam, satis, ut puro, manifestum fiet. Pix, inquit, liquida in Europa è tæda coquitur navalibus munientiis, multosq; ad alios usus: lignum ejus concisum furnis undiq; igni extra circumdato fervet. Primus sudor aquæ modo sicut in canali: hoc in Syria cedrium vocatur, cui tanta vis inest, ut in Aegypto corpora hominum defunctorum ea persusa servantur. Ex his Plinii verbis non aliud (meo quidem judicio) intelligi potest, quam quòd Syri liquorem illum cedrium vocaverint, quoniam olim ii ex cedro tantum picem suam consciebant, ut ea in Europa è tæda fit. Quòd autem pix ex cedro paretur, authores esse possunt Dioscorides, Galenus, & Plinius. Non tamen contra quòd cedria ab aliis resiniferis plantis desuat. Adde quòd à veteribus, nempe Theophrasto, Dioscoride & Galeno, nusquam (quòd equidem sciam) memoriæ proditum est, resina, aut picis genus ullum defuncta corpora conservare, & viventia corrumpere, præter cedriam, de qua omnes illi id scriptis tradiderunt. Ex quo abunde constare arbitror, Plinium quidem loco citato de pice tantum cedri scripsisse: Bellonium verò in hoc similiter hallucinatum fuisse, atq; in aliis pluribus rebus, ut aliquando, Deo juvante, latius ostendemus. Caterum variat in Dioscoridis codicibus de cedria lectio: quippe vulgata hæc est τῆς ἐλαίας, id est gravis odore: cum tamen antiquissimus codex manu scriptus habeat ἐλαίας τῆς ἐλαίας.

id est, id est vehemens odore, quod indicat cedriam esse vehementer odoratam, non autem graviter olere. Quod etiam maxime testatur Virgilius libro 7. Aeneidos his versibus de Circe canens.

Proxima Circeae raduntur littora terra,
Dives inaccessos ubi solis filia lucos
Assiduo resonat cantu, rectiusq; superbis
Urit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrens pectine telas.

Fuchf. opinio de Cedria.
Cedrus Atlantica Plinii.

Cedrus Atlantica & Thuaia idem.

Anguillar. notatur circa Thuaia.

Cedrez vites ex Galeno.

Cedrides fructus Cedri. Nomina.

Gummi cedri meminit Fuchsius libro illo de componendis medicamentis, quem postremo locupletatum excudit, in compositione antidoti Mithridatis: pro quo, quando non possit inveniri, lachrymam abietis substituendam praecipit, ratus utique eandem utriusque facultatem inesse. At ego quidem Galenum secutus malim ladanum substitui, donec ab aliis aptiora proponerantur, quorum meliori iudicio subscribendum sit. Est etiam (ut Plinius inquit lib. 13. cap. 15.) aliud cedri genus, quod in Atlante Mauritania monte, quadam in peculiari sylva provenit. Arbor est cupresso famina, etiamnum sylvestri similis, folio, odore, caudice. Hujus existimatio summa mensurarum causa eburneus pedibus subiectis. Ex huiusce arboris materie mensa duae (ut idem inquit Plinius) altera M. Ciceronis, altera Galli Asinii, quae sestertium undecies venundatae sunt. Traeditur & Jubas Rex duas vendidisse, quarum alteri pretium sestertium quindecties, alteri paulo minus. Sunt qui dicant, & recte quidem, Cedrum hanc a Thuaia sive Thya nihil differre, de qua meminit Theophrastus libro 8. capite 5. de plant. hist. Quamobrem Plinium redarguunt, quod simul ac de Cedro Atlantica differunt, illico caput proprium de Thuaia scripserit, tanquam de arbore diversa. Verum longe aliter se habet sententia nostra: nam diligenter Plinii lectionem enucleantibus, palam apertissime fit, Thuiam Plinio nil aliud designare, quam Atlanticam Cedrum, cum ibi sic habeat. De mensis tamen tacuit Theophrastus: & alias nullius ante Ciceronianam vetustior memoria est, ex quo novitia apparent. Etenim hac verba non solum Theophrastum excusant, quod ejus aeo nulla cedrinarum mensurarum extiterit memoria, sed manifesto sunt argumento, haudquaquam ignorasse Plinium Thuiam & Cedrum eandem esse plantam, cum paulo superius Ciceronianam mensam ex Atlantica cedro asseruerit fuisse paratam: Adde quod in antiquis Pliniani codicibus Thuaia caput a Mauritania Cedro separatim non sit, quod manifeste arguit Plinium adhuc Cedri illius historiam prosequi de Thuaia agentem, quem admodum & ipsa verba clarissime indicant, quae in antiquis codicibus ita habent: nota etiam Homero sicut, Troge-te vocatur, ab aliis Thya. Id est, eadem Cedrus nota etiam fuit Homero, quam alii Trogetem, alii Thyam appellant. Ideoque perperam egerunt, qui in Frobeniana editione Thuaia sive Thya caput ab Atlantica Cedro diviserunt, haud recte Plinium intelligentes: ac praeter id lectionem ejus corruerunt, ubi se emendasse crediderant. Ceterum Anguillarius de Sabina agens, eam quae Capresinam exprimit faciem foliorum tantum similitudine, Thuiam nulla dubitatione esse censet. At qui cum deinde Thuiam nihil ab Atlantica cedro differre existimet, sequitur, ut velit nihil a Cedro hac differre Sabinam. Sed credam ne ego Anguillario Sabinam hanc esse Cedrum Atlanticam, vel Thuiam? Minime omnium, quod hac nusquam gentium proveniant nisi in Cyrenaica regione, apud Ammonis delubrum: & in ea Atlantis parte, ubi Anchorarius mons habetur, Plinii adusq; tempora exhaustus, quodq; caudice & odore, quin etiam fructu nullam habeat Sabina cum Cupresso cognationem. De Citru autem, quibus aurea totius ferè Italia viridaria exornantur, tam in Tyrrheni, quam Benapresso cognationem. De Citru autem, quibus aurea totius ferè Italia viridaria exornantur, tam in Tyrrheni, quam Benapresso cognationem. De Citru autem, quibus aurea totius ferè Italia viridaria exornantur, tam in Tyrrheni, quam Benapresso cognationem.

Cedrus major est & minor: minor altera Junipero, altera Sabinæ similis, seu Phœnicia & Lycia. I. Cedrus major, cui competit nomen *Αυραποδισήν* in Geoponicis, cujus conifursum (licet hoc figura non exprimat) spectat, quod huic ut & Abieti peculiare est. Cedrus in Syria, Theophrasto lib. 5. cap. 9. Cedrelate, Plinii. Cedrus major, Bellon. Cast. Cedrus arbor conifera, Gesl. hor. Cedrus major conifera, Dod. Celate, Plinii. Cedrus major, Bellon. Cast. Cedrus arbor conifera, Gesl. hor. Cedrus major conifera, Dod. Cedrus Libani & Palestinæ præcella, Lob. Cedrus phœnicia, Lugd. Cedrus, Cæfal. & Taber. II. Cedrus minor

nor Juniperi folio & oxycedrus Theophrasti, quam videtur intellexisse Galenus dum cedrum fruticosum Juniperis ad similem scribit. C. B. Oxycedrus, Dod. Gal. Lugd. Clus. Hisp. cui etiam Cedrus Lycia Theophrast. & Plinii: Oxycedrus Phoenicea, Dodo. Cedrus Phoenicea, Cast. Tab. Cedrus, Lac. Lon. Cedrus magna, Cord. in Diosc. Cedrus minor, Gef. hor. Juniperus major Monspeliensium, Lob. inter Juniperum montanum Cæsalpinus recensuisse videtur. III. Cedri Lyciæ nomine hanc Matthiolus proponere videtur, quo nomine & Bellon. & Gef. hort. donarunt: Cedrus minor, Cord. in Diosc. Oxycedrus Lycia, Dod. Cedrus Phoenicea media, Lob. Juniperus major, Clus. Hisp. Sabina baccata, Adver. & Lob. in Iconibus. Thyiæ genus quartum, Lugd. Cedrus Phoenicea secunda, Tab. Oxycedrus folio cupressi, & sabina major Monspeliensibus dicebatur, apud quos in monte Cetio ad mare collegimus. Equidem malim ad Juniperum referre, cuius nomine Juniperum majorem folio Cupressi appellamus, & videtur Juniperus major Diosc. quem scribit aliquibus Cupressum sylvestrem appellari, quia Cupressi similis, asperis maritimisq; locis plerumq; nascitur: quæ Dioscoridis verba tanquam notha, à Dioscoridis interprete rejecta sunt. Hujus est altera species, majoribus multò baccis, quam ex Aegypto accepimus, quâ Cedrum phoeniceam alteram Lobel. nominat, ut qui tres referat species, sola magnitudine differentes. IV. In hanc classem & Arbor vitæ referenda, cum Cedrus Lycia Lob. dicatur, multis videatur esse Thuya Theop. 4. historia 1. qua in descriptione quædā sunt quæ nostræ conveniunt: alii ad Brutam Plinii lib. 12. ca. 17. referunt, licet paucissimæ notæ Plinianæ nostræ conveniant. Hæc vulgo Arbor vitæ dicitur, fortè ob odoris vehementiam: quo nomine donarunt Bellonius, Gef. hort. Dodo. Clus. Cast. Taber. Arbor filici similis Oviedo: Thuiæ tertium genus, Lugd. Thuya, Cam. Arbuscula est admodum odorata, perpetuo virens altitudine virum longè superans, quæ ex radice unicum caudicem eumq; rectum, cortice lento ex rubro nigricante rectum emittit, nodoso duroq; ligno: qui in varios ramos alarum modo expansos brachiatur: hiq; in alios planos alternatim dividuntur, & ii denuo in alia atq; alia oblonga folia, è multis foliolis quaternis simul compositis constantia. Flores ex extremis foliis vernali tempore exeunt, ut in Cupressi pusilli flavescentes, quorum aliqui in exiguum fructum pinei nuclei magnitudine conglobantur, conis ex squamulis sex compactis, qui primò virent, mox pallent, & ubi maturere nigricant: in quibus semina quatuor pelleacea in medio continentur, quorū medulla acris & amariuscule. Hæc ex Canadas septentrionalis Americæ provincia in Galliam primum illata, & Francisco regi arboris Paradysi nomine donata: quam Lutetia dum essemus, ex Regio hortu quem Jo. Robinus colit, in Illustriss. Ducis Wirtembergici D. Friderici hortum, quem Montembelgardii, frater Joha. Bauhinus ejus Celsitudinis Archiater colit, misimus, unde plurimis aliis per Germaniam comunicata ex transmissis furculis, qui facile radices agunt.

LAURUS.

LAURUS LATIFOLIA.



60

Δάφνη.

LAURUS.

CAP. XC.

Laurus quædam tenui folio constat, altera latiore: utraque ex calfactoriam naturam habet, & emollientem. Unde decoctum earum in muliebres infusus additum, vulvæ, & vesicæ vitis convenit. Virentia a folia sensum substringunt: illita quoq; ac trita vesparum apumq; ictibus opitulantur: eadem cum polenta, & pane illita inflammationem omnem mitigant: sed pota stomachum effundunt, & vomitiones movent. Lauri bacce magis quàm folia calfaciunt: ergo in eclegmate tritæ cum melle vel passo, profunt tabi, orthopnæ, & omnibus thoracis rheumatismis: contra scorpionum ictus ex vino bibuntur: vitiliginibus

L 3

a Ita Cat.
rac. &
Drag. At
n. cam a.
xemplar
legit ra
ei yhap
tūzūan.
i. virentia
ligna.
n. hys. i.
sonitui
legit an.
gines
tiq. cod.

gines emaculant. Succus baccarum utilissimè aurium dolori, [& gravitati] instillatur cum vino vetere, & rosaceo. In medicamenta autem adjiuntur, quæ nervorum lassitudines rescunt, acopa vocant: & ad unguenta, quæ calfaciunt, & discutunt. Cortex radicis calculos rumpit, partus necat, hepaticis prodest, tribus obolis in vino odorato potus.

Lauri hi-
stor.
Laurus
mas &
fœmina.

Laurus
Apollini
& Jovi
sacra.

Laurus
è celo
missa.

Laurina-
tura.

Lauri vi-
res Mat-
thioli.

Laurus
lapidea.
Lauri vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Laurus tam tenuifolia, quam latifolia, arbor est odoratissima, neminiq; in Italia non cognita, quod non solum in hor-
tis, viridariisq; ac vineis sata ubiq; vireat, sed per se in sylvis, locis præsertim maritimis, ac etiam in montibus, & col-
libus apricis, qui lacus & maria respiciunt, spontè nascatur. Folia habet oblonga, & lata origine in acutum desinentia,
crassa, solida, & odorata, in uno quidem genere latiora, in altero angustiora: qua soliorum differentia alteram marem,
alteram fœminam censemus. Flores mittit parvos muscosos, olea ferè similes, ex luteo albicantes, è quibus bacca pro-
deunt olei similes, colore primum viridi, & per maturitatem nigro, crasso intus nucleo, ut in Rusci baccis. Decerpuntur
Lauri bacca in fine Autumni, vel statim in ipso hyemis principio, ut etiam oliva. Et oleum ex eis elicitur, quod Laurinum
vocamus. Laurus planta est, Apollini lucidissimo sacra: quin etiam à Jove colitur. Una quoq; laurus Roma antiquitus
imperatorum pontificumq; domos exornare solebat. Quod similiter, atq; alii complures gentilium mores, in hunc usq;
diem apud nos perdurat. Namq; ubi dies festus advenit, laurus non modo templorum valvas decorat, sed & ubi dies ge-
niales adfuerint, ingentium palatiorum est janitrix. Quo fit, ut magnis adventibus principibus, Laurifrons etiam si ejus
rami prætendebantur inter armatos hostes, firmum quietis erat indicium. Qua observatione ductus Bernardus Clesius Car-
dinalis amplissimus Tridentinus, tum pacis, tum quietis scilicet maximus, lauri & palma florida ramum adnectebat, ut
nitida marmora, præclara metalla, speciosa pictura, aurea & argentea vasa, ac reliqua admiranda demonstrant, quibus
magna ejus palatia fulgent. Romanis laurus ferebatur latitia victoriarumq; signo. Idcirco laurum in templis in Jovis
gremio reponabant, quoties Roma latitiam victoria nova attulerat. Quin etiam grata Apollini dona unoquoq; anno mit-
tere solebant in Parnaso monte, quod ibi laurus spectatissima cresceret. Caterum quod laurus Roma à Jove & celo missa
fuerit, ut ea imperatores coronarentur, facile perhiberi potest: namq; Livia Drusilla, quæ postea Augusta matrimonii no-
men accepit, cum pacta esset illa Casari, gallinam conspicui candoris sedenti in hortu aquila ex alto abjecit in gremium
illam, intrepideq; miranti accessit miraculum, quod teneret rostro laureum ramum suis baccis onustum. Quod audien-
tes conservari alium & sobolem jussere aruspices, ramumq; eum feri, ac ritè custodiri: quod factum est in villa Casarum
fluvio Tyberi imposita, juxta novum lapidem flaminia via, quæ ob id vocatur ad gallinas. Porro tam crevit ramus lau-
reus, tamq; se propagavit (tamen si radicibus destitutus) ut brevi tempore ibi mirè sylva proveniret: ex qua triumphans
postea Casar laurum in manu tenuit, coronamq; in capite gessit. Ac deinde Imperatores Casares cuncti triumphantes
lauro coronabantur: tenebantq; in manu ejusdem ramos: quos post triumphos traditus est mos ferendi in eminentioribus
locis in celebratis Roma collibus. Quo factum est, ut plures laurorum sylva Roma virecerent, quæ ob id laureta vocaban-
tur: qualis erat, quæ in monte Aventino multo ante alios tempore viguit. Nimirum indicat laurum diu gratissimam esse
arborem, quæ sui habetur ab impetu fulminum ratio: siquidem nulla habita, cum è celo ruunt, nec divinitatis, nec princi-
pum amplitudinis ratione, plerumq; templorum turres icipiunt, superba mundi palatia dilacerant, ac sapius homines imma-
niter interimunt: hæc tamen sola arbor fulmine non percutitur, nisi in futura calamitatis prodigium: ac ne quidem do-
mus, in quibus adsint ejus rami, de celo tangi, pro certo creditur. Proinde Tyberius Casar fulminibus perterritus, to-
nante celo lauro coronabatur. Laurus ex sese vim habet ignem producendi: quippe si exiccata ramus ramo frequentius
confricetur, super asperso sulphuris pulvere ignis statim exiliet. Eadem perpetua fronde viret, tantaq; pollet vi, ut ejus ra-
mis in arvo defixis, rubigo, maxima segetum pestis, abigatur, transeatq; in earum folia ex arvis. Poeta perfectionis signo
lauro coronantur, idq; præmium est Apollineorum musas colentium. Corvus occiso chameleonte, fronde lauri devorata ir-
festum virus extinguit: quæ etiam palumbes, graculi, merula, & alia per plures aves annum fastidium purgant. Lauri
tenerissime summitates una cum nardo in vino fervefactæ, aurium gravitatem, & sonos curant, si decocti calentis vapo-
rem, per infundibulum in aures intromittant affecti. Restituunt Lauri bacca prolapsam columellam, si cum equali ponde-
re cumini, hyssopi, origani & euphorbii melle excipiantur, & summo capiti calida applicentur. Eadem cum triticeo fur-
fare, Juniperi bacca, & alio contrita, & vino subinde super calenti regula aspersa, pubis, admota, urinam suppressam
provocant. Septem lauri bacca, à prægnantibus prope diem parituris, cum se dormitum recipiunt, devorata felicem faci-
lemq; partum præstant. Tenerime lauri cima, una cum calamintha, & sale contrita, ex tepida aqua sumpta, alvum
conciunt, pituitamq; & lumbricos celeriter ejiciunt. Caterum lapideas lauros oriri in mari rubro scribit Theophrastus lib.
4. cap. 8. de plant. histo. sic inquit. In sinu autem Heroo cognominato, ad quem descendunt Aegyptii, laurus est, & olea,
& thymum: verum non viridia, sed lapidis specie parte à mari eminente, similia tamen viridibus tam foliis, quam ger-
minibus. Colos quoq; floris in thymo, tanquam nondum perfecte floruerit, liquido deprehenditur: longitudo arbuscula-
rum cubitorum ternorum est: hæc ille. Laurum scriptis commendavit Galenus lib. 6. simpl. medic. sic inquit. Lauri ar-
boris & folia, & fructus desiccant: & calfaciunt vehementer, plusq; etiam fructus, quam folia. At radicis cortex minus
quidem acris est & calidus, plus tamen amarus, habetq; etiam adstrictionis non nihil. Quamobrem & calculos confrin-
git, & jecori prodest, bibitur ex vino fragrante trium obolorum pondere. Laurus attenuat, aperit, provocat, incidit, emol-
lit, digerit, statim pellit. Arbor Δάφνη sic Græcis vocata, Latinis Laurus dicitur: Mauritanis, Gaur, seu Gar: Itali, Lauro:
Germanis, Lorbeer. Baum: Hispanis, Lauret, sive Laureiro: Gallis, Laurier: Bohemis, Bobeck. Hujus fructus Græcè
Δάφνη vocantur: Latine, Lauri bacca: Italicè, Baccæ di lauro: Germanicè, Lorbeer.

Lauri multa genera Plinius recensuit, ut Mustaceam, Delphicam, Cypriam, baccaliam, triumphalem, taxam, spadoniam: qui & alia genera affert, quæ nomine potius quam generis societate conveniunt. At Theophrasto Laurus quædam flore est copioso & racemoso (Uvam vocant) quæ fructum non fert: altera fructum fert. Dividimus in fativam & sylvestrem: fativæ (quia ut plurimum in hortis colitur) alia latifolia, cujus species quædā adeo latis foliis, ut ad mali Medicæ folia accedant, quam Laurum Regiam amplissimam Plin. vocavit: alia tenuifolia: sic utraq; mas, vel fœmina, eo quod alia sit sine fructu, alia verò baccifera. Variat & fructu, alterius enim in rotundo modicè oblongus: alterius oblongus, gracilis, & utrinque ovato mucrone turbinatus. Sylvestris trium generum est & Tini nomine Clusius hist. Hispanica proposuit. De Lauri sylvestris specie una, cum ejus & in Matthiolo Camerarii addita sit icon, paucis.

Hæc

LAURUS SYLVESTRIS
feu Tinus.

PLATANUS.



Hæc arbuscula est Lauro humilior in alas divisa, ramis longiusculis articulatis: folia lauro vulgari latiora, nigricantia, inodora, ramos ordine quodam ambientia, leviter lanuginosa: ramulorum summitatibus umbellæ florum (quinis foliis constantium) alborum, foris purpurascens, insident: quibus succedunt baccae seu fructus subcærulei oblongi, tenui pericarpio semen continentes. Hanc in Italiae hortis observavimus, quam in Hetruriæ sylvis frequentem dicunt. Theoph. 1. hist. 15. ubi Gaza simpliciter Laurum vertit, *ἡ δὲ πύλη ἐπὶ τῶν*, Cato Laurum sylvaricum, Plinius lib. 15. c. 30. Laurum Tinnum appellavit. Anguillara Lauro sylvatico Italis dici scribit. Bellonius, Lentagine nuncupat, Clusius & ex eo Lugd. pro Tinno tertio, at Tabernæmontanus pro secundo, proposuere.

Πλάτανος.

PLATANUS.

CAP. XCI.

Tenerissima Platani folia in vino decocta, mox illita, oculorum fluxiones sistunt: tumores & inflammationes levant. Decoctus cortex in aceto, dentes in dolore colluit. Virides pilulæ in vino potæ, serpentium moribus auxiliantur: exceptæ autem adipe, igni ambusta sanant. Insidens foliorum, pilularumque lanugo, oculos, & aures offendit.

Platanus Italia advena peregrinaq; est, quanquam regionem diluunt (ut Theophrast. est author) multi, magniq; fluvii. Verum enimvero si ibi nonnulla virescunt Platani planta, ut quas ipse Neapoli, & Patavii vidi, sunt quidē ex longin-
 30 quis regionib. allata, ut etiam antiquitus a Romanis per mare Joniū invec̃ta fuere, eorum duntaxat umbra gratia Romæ expetita, ubi platanus tantum honoris increbuit, ut diu nutrita sint merovradicibus infuso. Namq; hæc arbor plurimū vini irrigatione gaudet: tametsi majorem in modum fontes, & fluvios amet. Platanus ad amplissimam ramorum amplitudinem adsurgit, adeo ut Licinius Murianus civis Romanus, Plinio teste, hoc prodendum etiam posteris putarit: qui provincie Lyciæ legatus assummat, in ea fuisse platani sociam gelidi fontis amœnitatem itineri appositam, octoginta atq; unius pedū specu, numero vertice, se vastis protegentem ramis arborū instar, & agros longis obtinentem umbræ: ac ne quid desit speculuncæ imagini, saxeæ intus crepidinis corona, muscosos complexa pumices: intra quam se epulatū cum duodevigesimo comite, largē ipsa toros præbente fronde, ab omni afflatu securum, opantem imbrium per folia crepitus, latiore quam marmorum nitore, picturæ varietate, laquearium auro, cubuisse in eadem. In Creta insula ad Cortyniam Platanus stetisse fertur apud fontem quendam, qua folia hyeme non amitteret, sub qua Jovi compressam Europam indigenæ fabulantur. In
 60 Asia longē majores habentur: nam earum folia, qua unā cum fructu ad memisit Constantinopoli Gulielmus Quacelbe-
 nus, eruditissimus, Medicus vinifera viris majora sunt. Pilulæ verò juglandis magnitudinem aquant, & hirsutiores spectantur, quam quæ in Italia proveniunt. Scripsit quoq; de Platanorum vastitate Pausanias lib. 7. historiæ veteris Græciæ, his verbis. Præterfluit Phærensium agrum fluvius Pierus in cuius ripis Platanorum lucus est, tanta arborum magnitudine, ex ipsa vetustate, ut intra cavernas (multæ enim concavæ sunt) qui velint, & epulari, & recumbere possint. Fori area magna, & late patenti ambitu est, quo scilicet spatium esse consueverunt priscorum fora. Quæ in Italiā invec̃ta fuerunt elimatis inclementia in magnâ proceritate non adolescunt: attamen sunt cortice crasso, subalbicæte, fronde vitiginea aversa parte candida, sed multo minore, lata, longo rubroq; pediculo, flosculo parvo ac pallido, bacis rotundis, scabris, & lanuginosis, longo à pediculo dependentibus: ex quib. oleū fieri prodidit Plin. lib. 15. c. 7. Platanum umbra usq; eo delectatū Xerxē in terra Lydia scribit Aelian. ut diē integrū sub ea cū maximo exercitu consumpsit, floccipendens tã brevi voluptate tot copias remorari. Platanus

Platani
confider.Mira Pla-
tani, va-
stasq; am-
plitudo.Pausanias
de Plata-
no.Platani
descript.